This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



EX LIBRIS
GIORGIO
FANAN

B-II°-10

Dante

ACADEMIAE FRIDERICIANAE HALENSIS
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATAE
RECTOR

ALFREDUS GUILELMUS VOLKMANN

CUM SENATU
NOMINA CIVIUM SUORUM QUI IN CERTAMINE
LITTERARIO IN DIEM XXII. MARTIS A. MDCCCLXIII
SOLENNIUM REGIS AUGUSTISSIMI NATALICIORUM
CAUSA INDICTO PRAEMIA REPORTAVERUNT
RENUNTIAT NOVASQUE SIMUL QUAESTIONES IN
ANNUM SEQUENTEM PROPOSITAS
PROMULGAT.

PRAEMISSA EST

DANTIS ALLIGHERII MONARCHIA (LIBER I.)

MSSTORUM OPE EMENDATA

PER

CAROLUM WITTE.

HALIS
FORMIS HENDELIIS
A. MDCCCLXIII.

T 65.

ADA19713

DANTIS ALLIGHERII

MONARCHIA.

LIBER I.

ADM 9713

DANTIS ALLIGHERII

MONARCHIA.

LIBER I.

Dantis Alligherii, summi poetae, opus iuris publici de „Monarchia," saeculo decimo tertio ad finem vergente, nisi fallor, compositum, in partium illius aevi contentionibus ab alteris celebratissimum, ab alteris vero acriter impugnatum [1], primi, et quidem ambo Basileae, ediderunt Andreas Alciatus (1559) et Simon Schardius (1566), clarissimi, ille inter Italos, hic in Germania nostra, Iureconsulti. Quae postea in lucem prodierunt duodecim vel quindecim editiones non multum contulerunt, ut emendatior legeretur operis contextus. Inter antiquiores unus Antonius Zatta (Venet. 1758. et 1760.) manuscripto usus est codice, quem antiquissimum et perinsignem esse dicit [2]. Variantes tamen lectiones operi ex eo adspersae ne centenarium quidem explent numerum, magnamque partem vel levissimi sunt momenti vel omnino erroneae. Neque diligentiorem in edenda Monarchia (Liburni 1844.) se exhibuit Alexander Turrius, nuper vita functus, qui unum Vaticanum codicem (bibl. Palatin. No. 1739) ipse, ut refert, contulit; sed ut taceam innumeras gravissimasque lectiones ab eo omissas, non semel codici lectiones attribuit, quae neutiquam in eo deprehenduntur [3]. Longe melius certe de crisi operis nostri meruit diligentissimus Petrus Fraticellius, quum (Florent. 1839.) antiquam illam Marsilii Ficini versionem, anno 1469 confectam, in lucem proferret.

[1] Vide Commentatiunculam nostram: De Bartolo a Saxoferrato, Dantis Alligherii studioso. Hal. 1861, p. XII. [2] Teste Valentinellio, dignissimo bibliothecae Marcianae praefecto, quem Zatta contulit codex, multum ab eo distat, qui servatur inter Marcianos Class. XIV No. 204. [3] Exempli gratia vox „Homines" in cap. 12. p... huius editionis (nota...) quam Turrius e codice Vaticano in textum se recepisse ait, exulat ab eo.

Monarchiam Dantis permultis adhuc laborare mendis et obiter legentibus patet. Rem igitur tam Iureconsultis et Historicis quam literarum Italicarum studiosis gratam me facturum esse putavi, si aliquot libros manu exaratos diligenter conferendo naevos illos sanare conarer. Non tamen ubique salutiferam codices praebent medicinam. Omnes enim omnino tanta incuria scripti sunt, et tot tantisque mendis scatent, ut qui superstitiose iis vellet inhaerere, is textum libri non emendaret, sed depravaret. Maiorem variarum lectionum in codicibus deprehensarum numerum, aperte vitiosarum neque sensum praebentium, ne marginibus quidem adscribendum esse duxi. Chartae peperci, et quae neque probari nec tolerari poterant, tacite reieci.

Codices vero quibus usus sum hi sunt:

Cod. A. — Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae, D. N. 115. inf. signatus, chartaceus saec. XV. a memet ipso collatus.

Cod. L. — Florentinus bibliothecae Laurentianae Plut. LXXVIII. No. I., membranaceus saec. XV.

Cod. M. — Florentinus bibliothecae Magliabecchianae Class. XXX. No. 239., chartaceus, saec. XVI. Utrumque Florentinum codicem contulit, cuius accuratam in hisce rebus diligentiam iam olim commendavi, humaniss. Joh. Bapt. Uccelli.

Cod. P. — Vaticanus bibliothecae Palatinae No. 1739. membranaceus saec. XIV., a Koehlero Vimariensi, viro doctissimo, rogatu meo collatus.

Codicem Z. — eum codicem dixi, quem Zatta olim inspexit, cuiusque notabiliores aliquot lectiones passim indicavi.

Addo codicum notitiam, quorum lectionis varietas nondum ad me pervenit:

Venetus Sancti Marci Class. XIV. No. 204. membranaceus saec. XIV.

Pesthinus bibliothecae nationalis Iancovicsianae chartaceus, 23. foliorum, formae quam dicunt quartam, saec. XIV. exaratus.

Codex olim Guilelmi Libri, anno 1859. auctionis lege Londini publice venditus (*Catalogue of the collection of splendid Manuscr.* etc. p. 55. No. 236.), nunc viri generosiss. Thomae lib. baronis Phillipps, Middlehillii commorantis, membran. saec. XIV.

Codicem Canonicorum Lucensis ecclesiae Sancti Martini No. 224. ex catalogo Baronii, anno 1757. confecto, refert Blumius (Biblioth. Mstor. italica p. 65.); accuratiorem vero huius libri notitiam saepius requirens, nunquam obtinui.

DANTIS ALLIGHERII FLORENTINI
MONARCHIAE LIBER.[1]

[LIBER PRIMUS
DE NECESSITATE MONARCHIAE]

[CAPUT I.]

Omnium hominum, in quos[2] amorem veritatis natura superior impressit, hoc maxime interesse videtur, ut quemadmodum de labore antiquorum ditati sunt, ita et ipsi posteris prolaborent[3], quatenus ab eis posteritas habeat quo ditetur. Longe namque ab officio se esse non dubitet, qui publicis documentis imbutus, ad Rempublicam aliquid adferre non curat; non enim est „lignum, quod secus decursus aquarum fructificat in tempore suo“ [a], sed potius perniciosa vorago semper ingurgitans, et nunquam ingurgitata refundens. Hoc[4] igitur saepe mecum[5] recogitans, ne de infossi talenti culpa quandoque redarguar[b], publicae utilitati non modo turgescere[c], quinimo fructificare desidero, et intentatas ab aliis ostendere veritates. Nam quem fructum ferat[6] ille, qui theorema quoddam Euclidis iterum demonstraret? qui ab Aristotele felicitatem ostensam[d], reostendere conaretur? qui senectutem a Cicerone defensam, resumeret defensandam? Nullum quippe; sed fastidium potius illa superfluitas taediosa praestaret.

ADNOTATIO CRITICA.

Cap. I. [1] Ita P. — L. *Clarissimi poetae Florentini Dantis Alingherii summa Monarchia*
[2] M. — al. *quos ad am.*
[3] A. L. P. — al. *pro posteris laborent*
[4] L.M. — al. *Haec*
[5] M. *saepe mente*
[6] *ferat* deest in omnibus codd. et inter editos apud Alciatum.

AD INTERPRETATIONEM FACIENTIA.

[a] Psalm 1. v. 3. [b] Cf. Ev. Matth. 25. v. 25. [c] Numeri 17. v. 8.
[d] Puta in Ethicis ad Eudemum I. C. 4. sq.

13374/2 ...

B - II° - 10

ACADEMIÆ FRIDERICIANÆ HALENSIS
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATÆ
RECTOR

ALFREDUS GUILELMUS VOLKMANN

CUM SENATU
NOMINA CIVIUM SUORUM QUI IN CERTAMINE
LITTERARIO IN DIEM XXII. MARTIS A. MDCCCLXIII
SOLENNIUM REGIS AUGUSTISSIMI NATALICIORUM
CAUSA INDICTO PRÆMIA REPORTAVERUNT
RENUNTIAT NOVASQUE SIMUL QUÆSTIONES IN
ANNUM SEQUENTEM PROPOSITAS
PROMULGAT.

PRÆMISSA EST

DANTIS ALLIGHERII MONARCHIA (LIBER I.)

MSSTORUM OPE EMENDATA

PER

CAROLUM WITTE.

HALIS
FORMIS HENDELII
A. MDCCCLXIII.

ADA 9713

DANTIS ALLIGHERII

MONARCHIA.

LIBER I.

dictio: „Parem habeas in domo". Si consideremus vicum unum, cuius finis est commoda tam personarum quam rerum auxiliatio, unum oportet esse aliorum regulatorem, vel datum ab alio, vel ex ipsis praeeminentem, consentientibus aliis; aliter ad illam mutuam sufficientiam non solum non pertingitur, sed, aliquando pluribus praeeminere volentibus, vicinia tota destruitur. Si vero unam civitatem consideremus [11], cuius finis est bene sufficienterque vivere, unum oportet esse regimen; et hoc non solum in recta politia, sed etiam [12] in obliqua [e]. Quod si aliter fiat, non solum finis vitae civilis amittitur, sed etiam [12] civitas desinit esse quod erat. Si denique unum regnum [13] particulare, cuius finis est is qui civitatis, cum maiore fiducia [14] suae tranquillitatis, oportet esse Regem unum, qui regat atque gubernet; aliter non modo existentes in regno finem non adsequuntur, sed etiam [15] regnum in interitum labitur, iuxta illud infallibilis [16] veritatis: „Omne regnum in se [17] divisum desolabitur" [f]. Si ergo sic se habet in his et in singulis [18], quae ad unum aliquod ordinantur, verum est quod adsumitur supra.

Nunc constat quod totum humanum genus ordinatur ad unum, ut iam praeostensum fuit; ergo unum oportet esse regulans, sive regens: et hoc [19] Monarcha, sive Imperator dici debet. Et sic patet, quod ad bene esse mundi, necesse est Monarchiam esse [20], sive Imperium.

[CAPUT VI. (VIII.)]

Et [1] sicut se habet pars ad totum, sic ordo partialis ad totalem. Pars ad totum se habet, sicut ad finem et optimum. Ergo et ordo in parte ad ordinem in toto, sicut ad finem et optimum. Ex quo habetur, quod bonitas ordinis partialis non excedit bonitatem totalis ordinis; sed magis e converso [2]. Quum ergo duplex ordo reperiatur

[11] *consideremus* deest in L. et P.
[12] Edd. *sed et*
[13] P. *regimen*
[14] P. *fruentia*
[15] P. *sed et*
[16] Edd. recentt. cum P. et vers. Ficini *ineffabilis*
[17] L. M. *in seipsum*
[18] L. M. P. — A. *in his et in aliis* — Edd. *in singulis*
[19] L. M. *et hic*
[20] A. *necessaria est Monarchia*

Cap. VI. [1] A. non indicat novi capitis initium.
[2] P. *magis etc. e conv.*

e ARISTOTELI .... *Παρεκβάσεις.* *f* EV. LUCAE 11. v. 17.

in rebus, ordo scilicet partium inter se, et ordo partium ad aliquod unum quod non est pars (sicut[3] ordo partium exercitus inter se, et ordo earum ad ducem), ordo partium ad unum est melior, tanquam finis alterius; est enim alter[4] propter hunc, non e[5] converso. Unde si forma huius ordinis reperitur in partibus humanae multitudinis, multo magis debet reperiri[6] in ipsa multitudine, sive totalitate, per vim syllogismi praemissi, quum sit ordo melior, sive forma ordinis. Sed reperitur in omnibus partibus humanae multitudinis, ut per ea quae dicta sunt in capitulo praecedenti, satis est manifestum; ergo et in ipsa totalitate reperitur, sive[7] reperiri debet. Et sic omnes partes praenotatae infra regna[8] et ipsa regna ordinari debent ad unum Principem, sive Principatum, hoc est, ad Monarcham, sive Monarchiam.

[caput vii. (ix.)]

Amplius, humana universitas est quoddam totum ad quasdam partes, et est quaedam pars ad quoddam totum. Est enim quoddam totum ad regna particularia, et ad gentes, ut superiora ostendunt; et est quaedam pars ad totum universum, et hoc est de se manifestum. Sicut ergo inferiora humanae universitatis bene respondent ad ipsam, sic ipsa bene dicitur[1] respondere ad suum totum. Partes eius bene respondent ad ipsam per unum principium tantum, ut ex superioribus colligi potest de facili; ergo et ipsa ad ipsum[2] universum, sive ad eius Principem, qui Deus est et Monarcha, simpliciter bene respondet per unum principium tantum, scilicet unicum Principem. Ex quo sequitur, Monarchiam necessariam mundo, ut bene sit.

[caput viii. (x.)]

Et omne illud bene se habet, et optime, quod se habet secundum intentionem primi agentis, qui Deus est. Et hoc est per se notum, nisi apud negantes divinam bonitatem attingere summum perfectionis. De intentione Dei est, ut omne in tantum[1] divinam simili-

[3] Edd. *sic*
[4] P. *aliter*
[5] P. *non et e*
[6] A. L. M. — P. *reperiretur* — Edd. *dicitur reperiri*
[7] Verba *reperitur sive*, quae desunt in rereliquis, addidi cum A.
[8] L. P. — A. *iuxta regna* — M. *in regna* — Z. *et sic ipsa regimina*

Cap. VII. [1] An *debet?*
[2] Edd. inserunt: *principium et*

Cap. VIII. [1] L. — M. P. *omne tantum* — A. *est causatum* — Edd. *omne creatum* — An: *omne creatum in tantum?*

tudinem repraesentet, in quantum propria natura recipere potest. Propter quod dictum est: „Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram“ [a]. Quod licet, „ad imaginem“, de rebus inferioribus ab homine dici non possit, ad similitudinem tamen de qualibet dici potest; quum totum universum nihil aliud sit, quam vestigium quoddam divinae bonitatis. Ergo humanum genus bene se habet, et optime, quando secundum quod potest, Deo adsimilatur. Sed genus humanum maxime Deo adsimilatur, quando maxime est unum; vera enim ratio unius in solo illo est. Propter quod scriptum est: „Audi, Israel, Dominus Deus tuus unus [2] est“.

Sed tunc genus humanum maxime est unum, quando totum unitur in uno, quod esse non potest, nisi quando uni Principi totaliter subjacet [3], ut de se patet. Ergo humanum genus uni Principi subjacens maxime Deo adsimilatur, et per consequens, maxime est secundum divinam intentionem, quod est bene et optime se habere, ut in principio huius capituli est probatum [5].

[CAPUT IX. (XI.)]

Item bene et optime se habet [1] omnis filius, quum vestigia perfecti patris, in quantum propria natura permittit, imitatur. Humanum genus filius est coeli, quod est perfectissimum in omni opere suo; generat enim homo hominem et sol, juxta secundum [2] de naturali auditu [a]. Ergo optime se habet humanum genus, quum vestigia coeli, in quantum [3] propria natura permittit, imitatur. Et quum coelum totum unico motu, scilicet primi mobilis, et unico motore, qui Deus est, reguletur in omnibus suis partibus, motibus et motoribus, ut philosophando evidentissime humana ratio deprehendit; si vere syllogizatum est, humanum genus tunc optime se habet, quando ab unico Principe tanquam ab unico motu, in suis motoribus et motibus

[2] In Vulgata legitur: *Deus noster Deus unus*
[3] A. — Edd. *subiaceat*
[4] Inde a *totaliter subiacet* usque ad *principi* omnia desunt in L. M. P.
[5] An *propositum?*

Cap. IX. [1] Edd. inverso ordine *se habet et optime*
[2] Z. *iuxta Philosophum* — M. *iuxta secundum Philosophum*
[3] A. M. — L. P. *quantum*

[a] Genesis 1. v. 26. [a] Id est librorum φυσικῆς ἀκροάσεως (Physicorum) II. 2. inf. Ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾶ καὶ ἥλιος.

reguletur. Propter quod necessarium apparet, ad bene esse mundi, Monarchiam esse, sive unicum Principatum, qui Imperium appellatur. Hanc rationem suspirabat[4] Boetius[b], dicens:

O felix hominum genus,
Si vestros animos amor,
Quo coelum regitur, regat!

[CAPUT X. (XII.)]

Ubicumque[1] potest esse litigium, ibi debet esse iudicium; aliter esset imperfectum, sine proprio perfectivo, quod est impossibile, quum Deus et Natura in necessariis non deficiat. Inter omnes duos principes, quorum alter alteri minime subiectus est, potest esse litigium, vel culpa ipsorum, vel[3] subditorum, quod de se patet. Ergo inter tales oportet esse iudicium. Et quum alter de altero cognoscere non possit, ex quo alter alteri non subditur[4] (nam par in parem non habet imperium[a]); oportet esse tertium iurisdictionis amplioris, qui ambitu sui iuris ambobus principetur. Et hic aut erit[5] Monarcha, aut non. Si sic, habetur propositum; si non, iterum habebit sibi coaequalem extra ambitum suae iurisdictionis; tunc iterum necessarius erit tertius alius. Et sic aut erit processus in infinitum, quod esse non potest; aut oportebit devenire ad iudicem primum et summum, de cuius iudicio cuncta litigia[6] dirimantur[7], sive mediate, sive immediate; et hic erit Monarcha, sive Imperator. Est igitur Monarchia necessaria mundo. Et hanc rationem videbat Philosophus, quum dicebat: Entia nolunt male disponi; malum autem pluralitas principatuum, unus ergo Princeps[b].

[CAPUT XI. (XIII.)]

Praeterea, mundus optime dispositus est, quum iustitia in eo po-

[4] M. *sciscitabatur*

Cap. X. [1] M et Edd. aut. *Et ubicumque*
[2] A. M. P. Z. — L. *perfecto*
[3] M. P. *vel etiam* — L. *item*
[4] A. *non sit subditus*
[5] L. P. — M. *haec autem erit* — A. *hic Anthonius erit* — Edd. *hic erit*
[6] A. *iudicia*
[7] L. M. *diramantur*

b De consolat. philos. II. Metr. 8.
a Cf. L. 13. §. 4. Dig. Ad SC. Trebell. XXXVI. 1.
b Aristoteles Polit. III. 15—17. (?) Sed potius ad Homerum respexisse videtur auctor: Iliad. II. 204.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

tissima est; unde Virgilius commendare volens illud saeculum, quod suo tempore surgere videbatur, in suis Bucolicis[a] cantabat:

Iam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna.

Virgo namque vocabatur Iustitia, quam etiam[1] Astraeam vocabant. Saturnia regna dicebant[2] optima tempora, quae etiam[3] aurea nuncupabant[4]. Iustitia potissima[5] est solum sub Monarcha; ergo ad optimam mundi dispositionem requiritur, esse Monarchiam, sive Imperium.

Ad evidentiam subadsumptae[6] sciendum, quod iustitia de se et in propria natura considerata, est quaedam rectitudo sive regula, obliquum hinc inde abiiciens; et sic non recipit magis[7] et minus, quemadmodum[8] albedo in suo abstracto considerata. Sunt enim huiusmodi formae quaedam compositioni contingentes, et consistentes simplici et invariabili essentia, ut Magister sex principiorum[b] recte ait; recipiunt tamen magis et minus huiusmodi[9] qualitates[10] ex parte subiectorum, quibus concernuntur[11], secundum quod magis et minus in subiectis de contrariis admiscetur. Ubi ergo minimum de contrario iustitiae admiscetur, et quantum ad habitum et quantum ad operationem, ibi iustitia potissima est. Et vere tunc potest dici de illa, ut Philosophus inquit, „neque Hesperus, neque Lucifer sic admirabilis est“[c]. Est enim tunc Phoebae similis, fratrem diametraliter intuenti de purpureo[12] matutinae[13] serenitatis.

Quantum ergo ad habitum, iustitia contrarietatem habet quandoque in velle; nam ubi voluntas ab omni cupiditate sincera non est, etsi adsit iustitia, non tamen omnino inest in fulgore suae puritatis, habet enim subiectum, licet minime, aliqualiter tamen sibi resistens; propter quod bene repelluntur, qui iudicem passionare conan-

Cap. XI. [1] A. L. M. — P. *quam et*
[2] Edd. *dicebantur*
[3] A. L. M. — P. *quae et*
[4] M. *nuncupabantur*
[5] A. L. M. — P. cum versione Ficini *potentissima*
[6] Edd. inserunt *propositionis*
[7] Edd. *maius*
[8] L. M. inserunt *et*
[9] Edd. *huius*
[10] L. reliqui *qualitatis*
[11] M. *ex quibus continentur*
[12] L. *purpureis* — M. *purpurea*
[13] A. *matutino*

a Ecloga IV. v. 6. cf. AUCTORIS Purgator. XXII. 70. *b* GILBERTUM puta PORRETANUM.
c ARISTOTELES Ethic. Nicomach. v. 3. *Οὔθ' ἕσπερος, οὔθ' ἑῷος, οὕτω θαυμαστός.*

tur[d]. Quantum vero ad operationem, iustitia contrarietatem habet in posse; nam quum iustitia sit virtus ad alterum[e], sine[14] potentia tribuendi cuique quod suum est[f], quomodo quis operabitur secundum illam? Ex quo patet, quod quanto iustus potentior, tanto in operatione sua iustitia erit amplior.

Ex hac itaque declaratione sic arguatur: Iustitia potissima[15] est in mundo, quando volentissimo[16] et potentissimo subiecto inest: huiusmodi solus Monarcha est; ergo soli Monarchae insistens iustitia, in mundo potissima[15] est. Iste prosyllogismus currit per secundam figuram, cum negatione intrinseca[g], et est similis huic: Omne B est A, solum C est A; ergo solum C est B. Quod est: Omne B est A, nullum praeter C est A; ergo nullum praeter C est B.

Et prima[17] propositio[h] declaratione praecedente apparet; alia[i] sic ostenditur, et primum quantum ad velle, deinde quantum ad posse: Ad evidentiam primi notandum est[18], quod iustitiae maxime contrariatur cupiditas, ut innuit Aristoteles in quinto ad Nicomachum[k]. Remota cupiditate omnino, nihil iustitiae restat adversum; unde sententia Philosophi[l] est, ut quae lege determinari possunt, nullo modo iudici relinquantur, et hoc metu cupiditatis fieri oportet, de facili men-

[14] Ita habetur in versione Ficini - Codd. et edd. *sive*
[15] Z. *potentissima*
[16] M. P. *valentissimo*
[17] L. M. P. — Edd. *etc. Prima*
[18] M. P. — in aliis deest *est*

[d] L. 1. Cod. De Poena iudicis qui male iudicavit (VII. 49.) „Imperator ANTONINUS (CARACALLA) A. ad Gaudium (ad Cassium Sabinum?). Constitit in quacunque causa, sive privata, sive publica, sive fiscali, ut cuicunque data fuerit pecunia, vel iudici, vel adversario, amittat actionem is qui diffidentia iustae sententiae in pecuniae corruptelam spem negotii reposuerit." Cf. L. 1. §. 3. D. De Calumniatoribus (III. 6.). [e] ARISTOTELES l. c. *Τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων· ἔστι μὲν γὰρ ἡ αὐτή· τὸ δὲ εἶναι οὐ τὸ αὐτό· ἀλλ', ᾗ μὲν πρὸς ἕτερον, δικαιοσύνη· ᾗ δε τοιάδε ἕξις ἁπλῶς, ἀρετή.* [f] L. 10 pr. D. De Iustitia et iure (I. 1.) „Iustitia est constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi." [g] ARISTOTELES Analyt. prior. I. 5. *Ὅταν δὲ τὸ αὐτὸ, τῷ μὲν παντὶ, τῷ δὲ μηδενὶ ὑπάρχῃ, ἢ ἑκατέρῳ παντὶ, ἢ μηδενὶ, τὸ μὲν σχῆμα τὸ τοιαῦτον καλῶ δεύτερον· μέσον δὲ ἐν αὐτῷ λέγω τὸ κατηγορούμενον ἀμφοῖν· ἄκρα δὲ καθ' ὧν λέγεται τοῦτο· μεῖζον δὲ ἄκρον τὸ πρὸς τῷ μέσῳ κείμενον· ἔλαττον δὲ τὸ πορρότερω τοῦ μέσου.* [h] Iustitiam, scilicet, potissimam esse in mundo, quando inest subiecto volentissimo et potentissimo. [i] Puta, huiusmodi solum Monarcham esse. [k] Cap. 4. *Περὶ μὲν τἄλλα πάντα ἀδικήματα γίνεται ἡ ἐπαναφορὰ ἐπί τινα μοχθηρίαν..... εἰ δ' ἐκέρδανεν, ἐπὶ οὐδεμίαν μοχθηρίαν, ἀλλ' ἢ ἐπ' ἀδικίαν.* [l] ARISTOTELES Rhetoric. I. 1. *Μάλιστα... προςῄ-*

tes hominum detorquentis [19]. Ubi ergo non est quod possit optari, impossibile est ibi cupiditatem esse; destructis enim obiectis, passiones esse non possunt. Sed Monarcha non habet quod possit optare; sua namque iurisdictio terminatur Oceano [m] solum, quod non contingit principibus aliis, quorum principatus ad alios terminantur; ut puta Regis Castellae [20], ad illum qui Regis Aragonum. Ex quo sequitur, quod Monarcha sincerissimum inter mortales iustitiae possit esse subiectum.

Praeterea, quemadmodum cupiditas habitualem iustitiam quodammodo, quantumcunque pauca, obnubilat, sic caritas, seu recta dilectio, illam acuit atque dilucidat. Cui [21] ergo maxime recta dilectio inesse potest, potissimum locum in illo potest habere iustitia. Huiusmodi est Monarcha; ergo eo existente, iustitia potissima est, vell esse potest. Quod autem recta dilectio faciat quod dictum est, hinc haberi potest: Cupiditas namque, perseitate [22] hominum [n] spreta [23], quaerit alia [24]; caritas vero, spretis aliis omnibus, quaerit Deum et hominem, et per consequens bonum hominis. Quumque inter alia bona hominis potissimum sit, in pace vivere (ut supra dicebatur), et hoc operetur maxime atque potissime [25] iustitia, caritas maxime iustitiam vigorabit, et potior potius.

Et quod Monarchae maxime hominum recta dilectio inesse debeat, patet sic: Omne diligibile tanto magis diligitur, quanto propinquius est diligenti; sed homines propinquius Monarchae sunt, quam aliis principibus: ergo ab eo maxime [26] diliguntur, vel diligi debent. Prima manifesta est, si natura passivorum et activorum considere-

[19] P. *torquentis*
[20] A. *Ciciliae*
[21] A. et Edd. *Cum*
[22] A. Z. — P. *parcitate* — Edd. antiqu. *parseitate* — M. *per societatem* — L. et versio Ficini, quos sequuntur edd. recentt. *societate*
[23] P. *spretam*
[24] Corrigendum videtur *aliena*
[25] M. *potentissime*
[26] A. M. *magis*

καὶ τοὺς ὀρθῶς κειμένους νόμους, ὅσα ἐνδέχεται, πάντα διορίζειν αὐτοὺς, καὶ ὅτι ἐλάχιστα καταλειπεῖν ἐπὶ τοῖς κρίνουσι. [m] VIRGIL. Aeneis I. 287. AUCTORIS epistola ad Henricum VII. § 3. „Romanorum potestas.... de inviolabili iure fluctus Amphitrites attingens, vix ab inutili unda Oceani se circumcingi dignatur." [n] „Perseitas" est terminus barbarus Scholasticis familiaris. GUL. DE OCCAM in quatuor libros sentent. I. dist. 2. qu. 4. (Sin secus) „omnis propositio, in qua praedicatur passio de suo subiecto cum nomine perseitatis, esset falsa, quod est absurdum".

tur; secunda per hoc apparet, quia[27] principibus aliis homines non appropinquant nisi in parte, Monarchae vero secundum totum. Et rursus[28]: Principibus aliis appropinquant per Monarcham, et non e converso; et sic per prius et immediate Monarchae inest cura de omnibus[29], aliis autem principibus per Monarcham, eo quod cura ipsorum a cura illa suprema descendit.

Praeterea, quanto causa est universalior[30], tanto magis habet rationem causae, quia inferior non est causa, nisi per superiorem, ut patet ex iis quae de Causis[o]; et quanto magis[31] causa est causa, tanto magis effectum diligit, quum dilectio talis adsequatur causam per se. Quum ergo[32] Monarcha sit universalissima[33] causa inter mortales, ut homines[34] bene vivant, quia principes alii per illum, ut dictum est; consequens[35] est[36], quod bonum hominum ab eo maxime[25] diligatur.

Quod autem Monarcha potissime[37] se habeat ad operationem iustitiae, quis dubitat? nisi qui vocem hanc[p] non intelligit, quum si Monarcha est, hostes habere non possit.

Satis igitur declarata[38] subadsumpta principalis; quare[39] conclusio certa est: scilicet quod ad optimam dispositionem mundi necesse est Monarchiam[40] esse.

[CAPUT XII. (XIV.)]

Et humanum genus, potissime[1] liberum, optime se habet. Hoc erit manifestum, si principium pateat libertatis. Propter quod sciendum est[2], quod primum principium nostrae libertatis est libertas arbitrii, quam multi habent in ore, in intellectu vero pauci. Veniunt

[27] A. *quod*
[28] Turrius propria auctoritate inserit *Homines*
[29] M. *hominibus*
[30] A. et versio Ficini — alii omnes *utilior*
[31] Edd. *causa magis*
[32] L. P. *igitur*
[33] A. et vers. Fic. — alii *utilissima*
[34] A. *omnes*
[35] M. *conveniens*
[36] M. *ut*
[37] P. *potentissime*
[38] Edd. inserunt *est*
[39] A. et P. (?) — L. M. *quia*
[40] Z. *Monarcham*
Cap. XII. [1] Edd. *potissimum*
[2] *est* deest in L. P.

o Liber „de causis, sive de essentia purae bonitatis", medio aevo Aristoteli falso attributus, et a b. Thoma Aquinate commentario illustratus. Cf. Iourdain Scripta Aristot. in med. aevo. versio germanica Stahrii §. 18. *p* Scil. *Μονάρχης*.

namque usque ad hoc, ut dicant liberum arbitrium esse, liberum de voluntate iudicium. Et verum dicunt; sed importatum per verba longe est ab eis, quemadmodum tota die Logici nostri faciunt de quibusdam propositionibus, quae ad exemplum logicalibus interseruntur [3], puta de hac: Triangulus habet tres [4] duobus rectis aequales [a].

Et ideo dico, quod iudicium medium est apprehensionis et appetitus; nam primo res apprehenditur, deinde apprehensa, bona vel [5] mala iudicatur, et ultimo iudicans prosequitur, sive [6] fugit [b]. Si ergo iudicium moveat omnino appetitum, et nullo modo praeveniatur ab eo, liberum est; si vero ab [7] appetitu, quocunque modo praeveniente, iudicium moveatur, liberum esse non potest, quia non a se, sed ab alio captivum trahitur. Et hinc est, quod bruta iudicium liberum habere non possunt, quia eorum iudicia semper appetitu [8] praeveniuntur. Et hinc etiam patere potest, quod substantiae

[3] Z. *interserunt* — L. *inferuntur*
[4] Edd. recentt. inserunt *angulos*
[5] Edd. *aut*
[6] Edd. rectius *aut*
[7] A. omittit *ab*
[8] A. *ab impetu* — M. *ab appetitu*

a Cf. ARISTOTOLES Magna moralia I. 1. fin. vers. *Ἄτοπον γὰρ, εἴ τις βουλόμενος τὸ τρίγωνον, ὡς δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχον δείξαι, λάβοι ἀρχὴν ὅτι ἡ ψυχὴ ἀθάνατος.*
b AUCTORIS Purgat. XVIII. 55.

. . . Là onde vegna lo intelletto
Delle prime notizie, uomo non sape,
Nè de' primi appetibili l' affetto,

Ch'è solo in voi, sì come studio in ape
Di far lo mele; e questa prima voglia
Merto di lode o di biasmo non cape.

Or, perchè a questa ogni altra si raccoglia.
Innata v' è la virtù che consiglia,
Che dell' assenso de' tener la soglia.

Quest' è il principio, là onde si piglia
Rayion di meritare in voi, secondo
Che buoni e rei amori accoglie e viglia.

Color che ragionando andaro al fondo,
S' accorser d' esta innata libertate,
Però moralità lasciaro al mondo.

Onde, pognam che di necessitate
Surga ogni amor che dentro a voi s' accende,
Di ritenerlo è in voi la potestate.

La nobile virtù Beatrice intende
Per lo libero arbitrio, e però guarda
Che l' abbi a mente, s' a parlar ten prende.

intellectuales, quarum[9] sunt immutabiles voluntates, nec non animae separatae bene hinc abeuntes, libertatem arbitrii ob immutabilitatem[10] voluntatis non amittunt, sed perfectissime atque potissime hoc[11] retinent.

Hoc viso, iterum manifestum esse potest, quod haec libertas, sive principium hoc totius libertatis nostrae[12], est maximum donum[c] humanae naturae a Deo collatum[13]; quia per ipsum hic felicitamur, ut homines, per ipsum alibi felicitamur[14], ut Dii[15]. Quod si ita est[16], quis erit qui humanum genus optime se habere non dicat, quum potissime hoc principio possit uti? Sed existens sub Monarcha, est potissime liberum. Propter quod sciendum est[17], quod illud est liberum, quod suimet, et non alterius gratia est, ut Philosopho placet in iis, quae de simpliciter Ente[d]. Nam id quod est alterius gratia, necessitatur ab illo, cuius gratia est, sicut via necessitatur a termino. Genus humanum, solum imperante Monarcha, sui et non alterius gratia est; tunc enim solum politiae diriguntur obliquae, democratiae scilicet, oligarchiae atque tyrannides, quae in servitutem cogunt genus humanum, ut patet discurrenti per omnes, et politizant[18] [e] reges, aristocratici, quos optimates vocant, et populi libertatis zelatores. Quia, quum Monarcha maxime diligat homines, ut iam tactum est, vult omnes homines bonos fieri, quod esse non potest apud oblique politizantes. Unde Philosophus in suis Politicis[f] ait: Quod in po-

[9] A. *quae*
[10] M. P. *immutabilem*
[11] Scribendum videtur *hanc*
[12] L. *nostrae libertatis*
[13] A. L. M. inserunt *sicut in Paradiso Comoediae iam dixi.* P. eadem habet, sed loco verborum *in Paradiso* lacunam. Haec tamen omnia glossema mihi redolere videntur.
[14] An *felicitabimur?*
[15] *ut Dii* deest in P. Z.
[16] Edd. *erit*
[17] M. P. — A. L. non habent *est*
[18] P. *politiz antur* P. Z. *politicant*

c Auctoris Paradisus V. 19.

Lo maggior don, che Dio per sua larghezza
Fesse creando, ed alla sua bontate
Più conformato, e quel ch' ei più apprezza,
Fu della volontà la libertate,
Di che le creature intelligenti
E tutte e sole furo e son dotate.

d Id est in Aristotelis Metaphys. I. 2. Ἄνθρωπός φαμεν ἐλεύθερος, ὁ αὑτοῦ ἕνεκα.
e Verbum barbarum, mihique novum, quo „regnare et civitati praeesse" significari puto. f III. 5. (?)

litia obliqua bonus homo est malus civis; in recta vero, bonus homo et civis bonus convertuntur. Et huiusmodi[19] politiae rectae libertatem intendunt, scilicet ut homines propter se sint. Non enim cives propter Consules, nec gens propter Regem; sed e converso Consules propter cives, et Rex[20] propter gentem. Quia quemadmodum non politia ad leges, quinimo[21] leges ad politiam ponuntur, sic secundum legem[22] viventes, non ad legislatorem ordinantur, sed magis ille ad hos, ut etiam Philosopho[23] placet in iis, quae de praesenti materia nobis ab eo relicta[24] sunt[g]. Hinc etiam patet, quod quamvis Consul sive Rex respectu viae sint domini aliorum; respectu autem termini aliorum ministri sunt, et maxime Monarcha, qui minister omnium procul dubio habendus est. Hinc etiam[25] innotescere potest, quod Monarcha necessitatur a fine[26] sibi praefixo in legibus ponendis. Ergo genus humanum sub Monarcha existens, optime se habet: ex quo sequitur, quod ad bene esse mundi Monarchiam necesse est esse.

[CAPUT XIII. (XV.)]

Adhuc, ille qui potest esse optime dispositus ad regendum, optime alios disponere potest. Nam in omni actione principaliter intenditur ab agente, sive necessitate naturae, sive voluntarie[1] agat, propriam similitudinem explicare, unde fit, quod omne agens, in quantum huiusmodi,[2] delectatur; quia, quum omne quod est appetat suum esse, ac in agendo agentis esse quodammodo amplietur, sequitur de necessitate delectatio, quia delectatio rei desideratae semper adnexa est. Nihil igitur agit, nisi tale existens, quale patiens fieri debet; propter quod Philosophus, in iis, quae de simpliciter Ente[a]: „Omne," inquit, „quod reducitur de potentia in actum, reducitur per tale existens in[3]

[19] L. P. *huius*
[20] M. P. — A. L. *cives, Rex*
[21] P. *immo*
[22] P. *leges*
[23] L. M. P. — A. *ut Philos.*
[24] M. *relata*
[25] Edd. *Hinc iam*
[26] Turrius cum Z. *necessitatur fine* — Edd. antiqu. *necess. in fine*

Cap. XIII. [1] P. *voluntate*
[2] Ficini versio *agendo* addere videtur
[3] *in* reposuimus cum A. P.

g E. gr. ARISTOTELES Politic. III. 16.

a ARISTOTELES Metaphys. IX. 8. *Ἀεὶ ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος γίνεται τὸ ἐνεργείᾳ ὄν, ὑπο ἐνεργείᾳ ὄντος.... ἀεὶ κινοῦντός τινος πρώτου· τὸ δὲ κινοῦν ἐνεργείᾳ ἤδη ἐστίν.*

actu"; quod si aliter aliquid agere conetur, frustra conatur [4]. Et hinc [5] potest destrui error illorum, qui bona loquendo, et mala operando, credunt alios vita et moribus informare; non advertentes, quod plus persuaserunt manus Jacob, quam verba, licet illae falsum, illa verum persuaderent [b]. Unde Philosophus ad Nicomachum [c]: „De iis enim," inquit, „quae in passionibus et actionibus, sermones minus sunt credibiles operibus." Hinc etiam dicebatur de coelo peccatori David: „Quare tu enarras iustitias meas [6]?" [d] quasi diceret: Frustra loqueris, quum tu [7] sis alius ab eo quod loqueris. Ex quibus colligitur, quod optime dispositum esse oportet, optime alios disponere volentem.

Sed Monarcha solus est ille, qui potest optime esse dispositus ad regendum. Quod sic declaratur: Unaquaeque res eo facilius et perfectius ad habitum et ad [8] operationem disponitur, quo minus in ea est de contrarietate ad talem dispositionem: unde facilius et perfectius veniunt ad habitum philosophicae veritatis, qui nihil unquam audiverunt [9] quam qui audiverunt per tempora [10], et falsis opinionibus imbuti sunt. Propter quod bene Galenus [11] inquit: Tales duplici tempore indigere ad scientiam acquirendam [e]. Quum ergo Monarcha nullam cupiditatis occasionem habere possit, vel saltem minimam inter mortales, ut superius est ostensum, quod caeteris principibus non [12] contingit, et cupiditas ipsa [13] sola sit corruptiva iudicii, et iustitiae praepeditiva; consequens est, quod ipse vel omnino, vel maxime bene dispositus ad regendum esse potest, quia inter caeteros iudicium et iustitiam potissime habere potest. Quae duo principalissime legislatori et legis executori conveniunt, testante Rege illo sanctissimo, quum

[4] *quod si... conatur* habet solus A.
[5] Edd. *Et hic*
[6] L. addit *per os tuum*
[7] A. omittit *tu*
[8] A. L — M. P. omittunt *ad*
[9] A. *nunquam aliquid*
[10] Ita in omnibus. Iam olim cum vers. Ficini („*che hanno udito il falso*") emendavimus *perversa*, quod in textum recepit Fraticellius
[11] A. P. *Galienus*
[12] A. et ed. Fratic. omittunt *non*
[13] L. *illa*

[b] Genesis 27. v. 22. „Dixit Isaac: vox quidem vox Iacob, sed manus manus sunt Esau." [c] Aristoteles Eth. Nicomach. X. 1. *Οἱ γὰρ περὶ τῶν ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι λόγοι ἧττόν εἰσι πιστοὶ τῶν ἔργων.* [d] Psalm 49. v. 16. [e] Galenus De cognoscendis curandisque animi morbis cap. 10. f. vers. Ed. Kuehn V. *Ὅπου γὰρ ἔτι μεγίστων ὄντων (τῶν παθῶν) ἐκράτησεν ὁ λογισμὸς ἀγύμναστος ὤν, μᾶλλον κρατήσει, διττῆς ὑπεροχῆς ἐν τῷ χρόνῳ προγενομένης αὐτῷ.*

convenientia regi et filio regis postulabat a Deo: „Deus," inquiebat [14] „iudicium tuum regi da, et tuam iustitiam filio regis" [15] *f*.

Bene igitur dictum est, quum dicitur in subadsumpta *g* quod Monarcha solus est ille, qui potest esse optime dispositus ad regendum. Ergo Monarcha solus optime alios disponere potest *h*. Ex quo sequitur, quod ad optimam mundi dispositionem Monarchia sit necessaria.

[CAPUT XIV. (XVI.)]

Et quod potest fieri per unum, melius est per unum fieri [1] quam per plura. Quod sic declaratur; Sit unum, per quod aliquid [2] fieri potest, A, et sint plura, per quae similiter illud fieri potest, A et B. Si ergo illud idem, quod fit per A et B, potest fieri per A tantum, frustra ibi adsumitur B; quia ex ipsius adsumptione nihil sequitur, quum prius illud idem fiebat per A solum. Et quum omnis talis adsumptio sit otiosa sive superflua, et omne superfluum Deo et Naturae displiceat, et omne quod Deo et Naturae displicet, sit malum, ut manifestum est de se; sequitur, non solum m e l i u s esse fieri per unum, si fieri potest, quam fieri per plura, sed quod fieri [3] per unum est b o n u m, per plura simpliciter malum. Praeterea [4] res dicitur esse melior, per esse propinquior optimae [5], et finis habet rationem optimi [6]; sed fieri per unum est propinquius fini, ergo est melius. Et quod sit propinquius, patet sic: Sit finis C, fieri per unum A, per plura A et B. Manifestum est, quod longior est via ab A per B in C, quam ab A tantum in C. Sed humanum genus potest regi per unum supremum [7] principem, qui est Monarcha.

Propter quod advertendum [8] sane, quod quum dicitur, humanum

[14] Edd. *inquit*
[15] Edd. contra textum Vulgatae *et filio regis iustitiam*
Cap. XIV. [1] Edd. *fieri per unum*
[2] Edd. *aliquod*
[3] L. P. — A. *et quod fieri* — Edd. *sed fieri*
[4] A. — L. *Propter* — P. *Prima* — Edd. recent. *Praeterea prima*
[5] A. M. *optimo*
[6] Edd. *operati*
[7] M. *summum*
[8] M. inserit *est*

f Psalm 71. v. 1. Cf. AUCTORIS Parad. XIII. 95. *g* Vide supra cap. 11. pag. 16.
h AUCTORIS Convivium IV. 4. „*Manifestamente veder si puo, che a perfezione della umana spezie conviene essere uno quasi nocchiere, che considerando le diverse condizioni del mondo e li diversi e necessarj ufficj ordinando, abbia del tutto universale e irrepugnabile ufficio di comandare. E questo ufficio è per eccellenzia Imperio chiamato.*"

genus potest regi per unum supremum Principem, non sic intelligendum est, ut minima iudicia cuiuscunque municipii ab illo uno immediate prodire possint; quum etiam [9] leges municipales quandoque deficiant, et opus habeant directivo [10], ut patet per Philosophum in quinto ad Nicomachum, *ἐπιείκειαν* commendantem [a]. Habent namque nationes, regna, et civitates, inter se proprietates, quas legibus differentibus regulari oportet. Est enim lex regula directiva vitae. Aliter quippe regulari oportet Scythas, qui extra septimum clima viventes, et magnam dierum et noctium inaequalitatem patientes, intolerabili quasi algore frigoris premuntur, et aliter Garamantes, qui sub aequinoctiali habitantes, et coaequatam semper lucem diurnam noctis tenebris habentes, ob aestus aëris nimietatem vestimentis [11] operiri non possunt. Sed sic intelligendum est, ut humanum genus secundum sua communia, quae omnibus competunt, ab eo regatur, et communi regula gubernetur ad pacem. Quam quidem regulam, sive legem, particulares principes ab eo recipere debent, tanquam intellectus practicus ad conclusionem operativam recipit maiorem propositionem ab intellectu speculativo, et sub illa particularem, quae proprie sua est [12], adsumit, et particulariter ad operationem concludit. Et hoc non solum possibile est uni, sed necesse est ab uno procedere, ut omnis confusio de principiis universalibus [13] auferatur. Hoc etiam [14] factum fuisse per ipsum, ipse Moyses in lege conscribit [b]: qui adsumptis primatibus de tribubus filiorum Israel, eis inferiora iudicia relinquebat, superiora et communiora [15] [c] sibi soli reservans, quibus communioribus [16] utebantur primates per tribus suas [17], secundum quod unicuique [18] tribui competebat [d].

[9] Edd. *et*
[10] M. Z. — L. *directio* — A *directius* — P. *directum* — Edd. *directione*
[11] Edd. recentt. *vestimenti*
[12] A. *sua est propria*
[13] A. M. vers. Ficini — L. P. et edd. *utilibus*
[14] Edd. *et*
[15] M. *cariora*
[16] M. *carioribus*
[17] M. P. omittunt *suas*
[18] Edd. *uni*

[a] Aristoteles Ethic. Nicom. V. 14. *Ἔστιν αὕτη ἡ φύσις ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς, ἐπανόρθωμα νόμου, ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου. Τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ μὴ πάντα κατὰ νόμον εἶναι, ὅτι περὶ ἐνίων ἀδύνατον θέσθαι νόμον.* [b] Exod. 18. v. 17—26. Deuteronom. 1. v. 10—18. [c] Ea scilicet quae universo Iudaeorum populo erant communia. [d] Sicut supra dixit, particulares principes communem regulam a Monarcha recipere debere.

Ergo melius est humanum genus per unum regi, quam per plura [19], et sic per Monarcham, qui unicus est princeps; et si melius, Deo acceptabilius [20], quum Deus semper velit quod melius est. Et quum duorum tantum inter se, idem sit melius et optimum, consequens [21] est, non solum Deo esse acceptabilius hoc, inter hoc: unum et haec: plura [22], sed acceptabilissimum. Unde sequitur, humanum genus optime se habere, quum ab uno regitur [23]. Et sic ad bene esse mundi, necesse est Monarchiam esse.

[CAPUT XV. (XVII.)]

Item dico, quod ens, et unum, et bonum, gradatim se habent secundum quintum modum [1] dicendi „prius“ [a]. Ens enim natura praecedit [2] unum, unum vero bonum; maxime enim ens, maxime est unum, et maxime unum, est [3] maxime bonum. Et quanto aliquid a maximo ente elongatur, tanto et ab esse unum, et per consequens ab esse bonum. Propter quod in omni genere rerum illud est optimum, quod est maxime unum, ut Philosopho placet in iis, quae de simpliciter Ente [b]. Unde fit, quod unum esse videtur esse radix eius, quod est esse bonum; et multa esse, eius quod est esse malum. Quare [4] Pythagoras in correlationibus suis, ex parte boni ponebat unum, ex parte vero mali plura [5], ut patet in primo eorum, quae de simpliciter Ente [c]. Hinc videri potest, quod peccare nihil est aliud, quam progredi ab uno spreto ad multa; quod quidem Psalmista [6]

[19] Vellem *plures*

[20] Editt. *et sic melius acceptabiliusque est Deo*

[21] M. *conveniens*

[22] P. — L. *haec inter haec unum haec et plura* — A. M. et edd. antiqu. *hoc inter hoc unum et hoc plura* — Z. quem sequuntur Turr. et Fratic. *hoc inter hoc unum et inter plura*

[23] Editt. recentt. *regatur*

Cap. XV. [1] Z. *primum modum* — P. *modum primum*

[2] L. M. P. — A. et edd. *producit*. Ead. lectionis varietas et in codd. versionis Ficini

[3] A. — in aliis *est* deest

[4] Ita olim cum Ficino correximus. — A. *Quem* — L. M. P. et et editt. (praeter ultimam Fratic.) *Quia*

[5] M. P. *plurale*

[6] P. *spiritus* — Edd. inserunt *bene*

[a] ARISTOTELES Categoriae 2. *Πρότερον δ' ἑτέρου ἕτερον λέγεται τετραχῶς..... ὥστε κατὰ πέντε τρόπους ἕτερον ἑτέρου πρότερον λέγοιτ' ἂν....., Δόξει δ' ἂν καὶ παρὰ τοὺς εἰρημένους ἕτερος (πέμπτος) εἶναι προτέρου τρόπος· τῶν γὰρ ἀντιστρεφόντων κατὰ τὴν τοῦ εἶναι ἀκολούθησιν, τὸ αἴτιον ὁπωσοῦν θατέρῳ τοῦ εἶναι, πρότερον εἰκότως τῇ φύσει λέγοιτ' ἂν.*

[b] ARISTOTELES Metaphys. IX. cap. 1.

[c] Ibidem.

videbat, dicens: „A fructu frumenti, vini, et olei multiplicati sunt“ [d].

Constat igitur, quod omne quod est bonum, per hoc est bonum, quod in uno consistit. Et quum concordia, in quantum huiusmodi, est quoddam bonum, manifestum est, ipsam [7] consistere in aliquo uno, tamquam in propria radice. Quae quidem radix apparebit, si natura vel ratio concordiae sumatur. Est enim concordia, uniformis motus plurium voluntatum; in qua quidem ratione apparet, unitatem voluntatum, quae per uniformem motum datur intelligi, concordiae radicem esse, vel ipsam concordiam. Nam sicut plures glebas diceremus concordes, propter condescendere omnes ad medium, et plures flammas propter coascendere omnes ad circumferentiam, si voluntarie hoc facerent; ita homines plures concordes dicimus, propter simul moveri secundum velle ad unum, quod est formaliter in suis [8] voluntatibus, sicut qualitas una formaliter in glebis, scilicet gravitas, et una in flammis, scilicet levitas. Nam virtus volitiva [9], potentia quaedam est; sed species boni apprehensi, forma est eius, quae quidem forma, quemadmodum et aliae, una in se multiplicatur, secundum multiplicationem materiae recipientis, ut anima et numerus, et aliae formae compositioni contingentes.

His praemissis, propter declarationem adsumendae propositionis ad propositum, sic arguatur: Omnis concordia dependet ab unitate quae est in voluntatibus; genus humanum optime se habens est quaedam concordia. Nam sicut unus homo optime se habens, et quantum ad animam, et quantum ad corpus, est concordia quaedam, et similiter domus [10], civitas, et regnum; sic totum genus humanum. Ergo genus humanum optime se habens, ab unitate, quae est in voluntatibus, dependet. Sed hoc esse non potest, nisi sit voluntas una, domina et regulatrix omnium aliarum in unum; quum mortalium voluntates propter blandas adolescentiae delectationes indigeant directivo, ut in ultimis ad Nicomachum docet Philosophus [11] [e]. Nec ista una [12] potest esse, nisi sit Princeps unus omnium, cuius voluntas do-

[7] Edd. *eam*
[8] *suis* deest in edd.
[9] A. *voluntiva*
[10] A. inserit *et*
[11] Edd. inverso ordine *docet Phil. ad Nicom.*
[12] Edd. *una ista*

[d] Ps. 4. v. 8. [e] Aristoteles Ethic. Nicom. X. 5.

mina et regulatrix aliarum omnium esse possit. Quod si omnes consequentiae superiores verae sunt, quod [13] sunt; necesse est, ad optime se habere humanum genus, esse in mundo Monarcham [14], et per consequens, Monarchiam ad bene esse mundi.

[CAPUT XVI. (XVIII.)]

Rationibus omnibus supra positis [1], experientia [2] memorabilis attestatur; status videlicet illius mortalium, quem Dei Filius, in salutem hominis hominem adsumpturus [3], vel expectavit, vel quum voluit ipse, disposuit. Nam si a lapsu primorum parentum, qui [4] diverticulum fuit totius nostrae deviationis [5], dispositiones hominum et tempora recolamus; non inveniemus, nisi sub divo Augusto Monarcha, existente Monarchia perfecta, mundum undique fuisse quietum [a]. Et quod tunc humanum genus fuerit felix in pacis universalis tranquillitate, hoc historiographi omnes, hoc poetae illustres, hoc etiam [6] Scriba [7] mansuetudinis Christi [b] testari dignatus est, et denique Paulus [c], „plenitudinem temporis" statum illum felicissimum appellavit [8]. Vere tempus et temporalia quaeque plena fuerunt, quia nullum nostrae felicitatis ministerium [9] ministro [10] vacavit. Qualiter autem se habuerit orbis, ex quo tunica ista inconsutilis [d], cupiditatis ungue scissuram primitus passa est, et legere possumus, et utinam non videre [11]. O genus humanum! quantis procellis atque iacturis, quantisque naufragiis agitari te necesse est, dum bellua multorum capitum factum, in diversa conaris. Intellectu aegrotas [12] utroque, similiter et affectu:

[13] A *prout*
[14] Edd. *Mon. esse in mundo*

Cap. XVI. [1] P. *appositis*
[2] P. *et per existentiam spiritus vel essentiam*
[3] A. M. *adsumtus*
[4] A. L. — M. P. *quod*
[5] M. *damnationis*
[6] Edd. *et*
[7] L. *hoc scriba*
[8] L. — alii inverso ordine *app. felic.*
[9] P. — A. *ministrum* — L. M. *mysterium*
[10] M. *ministerio*
[11] M. *viderem*
[12] A. *aegrotaris* — L. *aegrotans*

[a] AUCTORIS Convivium IV. 5. *Nella sua venuta nel mondo non solamente il cielo, ma a terra conveniva essere in ottima disposizione, e la ottima disposizione della terra è quand'ella è a Monarchia, cioè tutta a uno Principe.* [b] Evang. LUCAE 2. v. 1. [c] Epist. ad Galatas 4. v. 4. „At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege." ad Eph. 1. v. 10. [d] Ev. IOHANNIS 19. v. 23.

Rationibus irrefragabilibus intellectum superiorem non curas; nec experientiae vultu inferiorem; sed nec affectum dulcedine divinae suasionis, quum per tubam Sancti Spiritus tibi affletur[13 e]: „Ecce quam bonum et quam iucundum, habitare fratres in unum."

[13] Z. — A. L. P. *effletur* — M. *affatur*

e Psalm. 132. v. 1.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 3. N^a 3. supple „pag. 19. huius editionis (nota 28.)"
Pag. 8. N^a 7. lege „Edd. *nec vicinia.*"
Pag. 21. N^a 13. Verba: *sicut in Paradiso Comoediae iam dixi*, teste Valentinellio, viro ill., habentur et in codice Veneto S. Marci XIV. 204.

Restat, ut quem eventum habuerint quaestiones litterarum studiosis adolescentibus anno proximo priore propositae, sed valde dolemus nunc quoque irritas maxima ex parte fuisse spes, quas concepimus: namque unus tantum fuit, qui animum applicaret ad quaestionem a ICtorum ordine illustri propositam:

Iuris Romani principia de pecunia traiectitia exponantur et cum eo negotio, quod nostratibus Bodmereivertrag audit, diligenter comparentur,

Auctor huius commentationis, cui lemma inscriptum:

„Iustitia omnium est domina et regina virtutum".

in praeceptis, quae ad utramque illam obligandi rationem vel directo spectant, vel quodammodo eam tangunt, ex iure tam Romano quum hodierno, universis fere populis, qui merces trans mare vehunt, communi, conquirendis, non modicam adhibuit diligentiam. Neque minorem contulit curam in compositionem operis, quod apte satis et concinne digessit. In sermone, si non elegantia, certe dicendi simplicitas et evidentia laudanda. Sunt quidem nonnulla, in quibus erravit auctor: male enim, ne desiderentur exempla, cum traiectitia ea confunditur pecunia, quam in refectionem navis mutuam accipit eius magister. Minus etiam servus, quem ut pecuniam sequeretur navi imposuit creditor, inter res traiectitias cum auctore nostro referendus. Quod vero prae caeteris dolendum est, in ea, quam demonstrare in se susceperat, differentia inter pecuniam traiectitiam et bodmeriam recte exponenda, plurimum quidem laboravit auctor, sed rem acu tetigisse dici omnino nequit. Haec tamen omnia non eius esse visa sunt momenti, ut auctorem fructibus operosi laboris fraudarent. Integrum igitur praemium ei tribuere decrevit ordo.

Iam rescissa schedula, cui lemma illud inscriptum est, nomen comparuit:

FELIX OTTO SCHROEDER,
IURIS STUDIOSUS.

Iam in proximum annum satis largam certandi materiam proponunt ordines.

I. SUMME VENERABILIS THEOLOGORUM ORDO

primum repetit priores quaestiones:

1. *Utriusque testamenti dogma de imagine dei homini insita exegetice et dogmatice explicetur.*

2. *Exponatur ratio, qua versio Alexandrina in interpretandis libris poeticis, Proverbiorum praesertim et Iobi versatur, primum instituta per aliquot capita accurata utriusque textus comparatione, deinde exhibitis insignioribus cuiusque generis exemplis.*

denique novum addit argumentum hoc:

Quam vim habeat religio christiana ad res publicas et societatem humanam excolendas, exponatur.

II. ILLUSTRIS IURISCONSULTORUM ORDO

primum repetit prius iam propositam quaestionem:

Doctrina de laudatione auctoris ratione habita tam Romani quam communis hodierni ordinis iudiciorum accurate explicetur.

deinde novam commendat hanc:

Exponatur, quatenus principia iuris Romani de loco religioso in hodierno iure valeant, ratione habita utriusque iuris ecclesiastici, auctorum tam medii aevi quam recentiorum, et legislationum Germanicarum.

III. GRATIOSUS MEDICORUM ORDO

primam repetit argumentum iam prius propositum:

De organis foetuum et recens natorum, quibus sugendo lac alliciunt et in se suscipiunt, praesertim de iis, quae in membrana mucosa gingivae inveniuntur, exponatur: colligantur quae de his organis iam nota sunt, novis inquisitionibus et observationibus augeantur, et inquiratur quid valeant.

tam novam quaestionem adiungit hanc:

Cum multum dubitetur, quomodo fiat ut distantiam rerum oculis discernamus, desiderat ordo huius capitis recensionem eamque non tantum ex librorum usu conflatam, verum etiam novis observationibus auctam.

IV. SPECTABILIS PHILOSOPHORUM ORDO

primum iterat quaestionem philologam:

Poscuntur quaestiones de legum Platonicarum authentia, vocatione et usu historico.

deinde physicae et chemiae studiosis commendat hoc argumentum, quod in locum prius propositae quaestionis substituere placuit:

Analysis per spectrum explicetur

Denique novas addit has quaestiones:

1. *Historia Alberti I. Regis Romanorum enarretur, mores et merita Regis diiudicentur, fontes historiae eius censeantur*

2. *Exponatur et diiudicetur Kantii philosophia religionis, quae continetur in libro inscripto: Die Religion innerhalb der Grenzen der blossen Vernunft.*

Habetis igitur, commilitones humanissimi, plurima argumenta vestrae industriae ac sollertiae commendata: quare naviter experiamini novae difficultatis patrocinia segnitiae praetexatis.

ACADEMIÆ FRIDERICIANÆ HALENSIS
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATAE
RECTOR

WILIBALDVS BEYSCHLAG

CUM SENATU
NOMINA CIVIUM SUORUM QUI IN CERTAMINE
LITERARIO IN DIEM XXII. MARTIS A. MDCCCLXVII
SOLENNIUM REGIS AUGUSTISSIMI NATALICIORUM
CAUSÀ INDICTO PRAEMIA REPORTAVERUNT
RENUNCIAT NOVASQUE SIMUL QUAESTIONES IN
ANNUM SEQUENTEM PROPOSITAS
PROMULGAT.

PRAEMISSA EST

DANTIS ALLIGHERII MONARCHIA (LIBER II.)

MSSTORUM OPE EMENDATA

PER

CAROLUM WITTE.

HALIS
FORMIS HENDELIIS
A. MDCCCLXVII.

DANTIS ALLIGHERII

MONARCHIA.

LIBER II.

Quum officium victores in certamine literario renunciandi denuo ad me deferretur, eadem via quam quatuor abhinc annos ingressus sum, mihi esse pergendum, ne momento quidem dubitavi. Si enim illo tempore incertum videri poterat, num quae olim Italus auctor circa sui temporis fationum disceptationes composuerat, ad celebrandum nostri aevi, nostraeque gentis festum diem apte convenirent, hujusmodi dubitatio in eam partem operis poetae Florentini, quam nunc edimus cadere nequit. Quae enim, ut Romanos imperium totius orbis jure sibi vindicasse probet, in hoc secundo operis De Monarchia libro argumenta profert Alligherius, eorum magnam partem, si mutatis nominibus pro terrarum orbe Germaniam, et pro republica Romana Regiam Borussorum Domum posueris, nobis nostrisque temporibus dictam esse facile tibi persuadebis. Si tamen illa Imperatorum Romanorum nationis Germanicae Majestas, quam hoc opere adjuvare et defendere sibi proposuerat Dantes, jam eo tempore fere exoluerat, hac ipsa festa die vota suscipiamus, ut, quem memorandae anni praeterlapsi victoriae Augustissimo Regi nostro paraverunt, Germaniae Principatus in omne aevum sit perennis, communique patriae salutaris.

Iis quae ad primum Monarchiae librum praemonui pauca habeo quae addam. Codicibus quorum varias lectiones adnotavi tres accesserunt: Hungaricus (H.) bibliothecae nationalis Pesthinae, Venetus (V.) bibl. Sancti Marci, et Felicianus (F.) Lucensis Canoni-

corum ecclesiae Sancti Martini. Illos ipse diligenter contuli, hujus varietatem lectionum debeo eximiae liberalitati celeb. equitis Bongi, Equitis Lucensis.

Omnium igitur quotquot innotuerunt codicum scripturam tibi exhibeo, si unum Thomae lib. baronis Phillipps exceperis. Eum, quum olim Parisiis publice veniret, mihi parare summopere nisus sum; sed praevaluerunt opes bibliophili britannici, qui minus aliorum studiis et communi literarum utilitati favere, quam id agere videtur, ut pretiosissimos libros tam manu quam typis exscriptos a virorum doctorum oculis sequestret. Quidquid enim tentaverim, nunquam impetrare potui ut illius codicis, non dico collatio, sed accuratior notitia mecum communicaretur. Hoc collectorum genus verbis auctoris nostri „perniciosam" quis dixerit „voraginem, semper ingurgitantem, et nunquam ingurgitata refundentem."

Locos Aristotelis a nostro citatos, non, ut olim, graecos, sed latine versos in notis exhibui, eam in quantum fieri potuit translationem sequutus, qua Dantem usum esse, si non certum, saltem veri est simile.

DANTIS ALLIGHERII FLORENTINI
MONARCHIAE LIBER.

[LIBER SECUNDUS
QUOMODO ROMANUS POPULUS DE JURE SIBI ADSCIVERIT OFFICIUM MONARCHIAE SIVE IMPERII.]

[CAPUT I.]

„Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus. Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum!“

Sicut ad faciem causae non pertingentes, novum effectum communiter admiramur, sic, quum causam cognoscimus, eos qui sunt in admiratione restantes, quadam derisione despicimus. Admirabar equidem aliquando, Romanum populum in Orbe terrarum sine ulla resistentia fuisse praefectum; quum tantum superficialiter intuens, illum nullo jure, sed armorum tantummodo violentia, obtinuisse arbitrabar. Sed postquam medullitus oculos mentis infixi, et per efficacissima

ADNOTATIA CRITICA.

Cap. I. [3] F. P. Edd. *Disrumpamus*
[7] P. V. *et quidem* — Edd. *siquidem*
[9] Edd. post *illum*, non vero post *intuens* distinguunt

AD INTERPRETATIONEM FACIENTIA.

[4] Psalm 1. V. 1—3. Actus Apostol. 4. v. 25. 27. [10] Eadem fere ratione Engelbertus abbas Admontensis De ortu et fine Romani imperii cap. 11. „Certissimum est ex historiis, quod Romanum regnum et imperium ab initio conditae urbis non crevit neque pervenit ad suum statum, nisi vicinos primo, et deinde remotos, ac remotissimos usque ad fines orbis invadendo, expugnando et subjiciendo, et interfectis vel remotis Regibus, eorum regna in provincias redigendo et sub suum jugum et imperium coercendo.“

signa divinam providentiam hoc effecisse cognovi, admiratione cedente, derisiva quaedam supervenit despectio, quum gentes noverim contra Romani populi praeeminentiam fremuisse, quum videam populos vana meditantes, ut ipse solebam, quum insuper doleam, Reges et Princi-
5 pes in hoc vitio concordantes, ut adversentur Domino suo, et unico suo Romano Principi. Propter quod derisive, non sine dolore quodam, cum illo clamare possum pro populo glorioso et pro Caesare, qui pro Principe Coeli clamabat: „Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terrae, et principes
10 convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum ejus."

Verum (quia naturalis amor diuturnam esse derisionem non patitur, sed ut sol aestivus, qui disjectis nebulis matutinis oriens luculentus irradiat, derisione omissa, lucem correctionis effundere mavult) ad dirumpendum vincula ignorantiae Regum atque Principum talium,
15 ad ostendendum genus humanum liberum a jugo ipsorum, cum Propheta sanctissimo meme subsequentem hortabor, subsequentia subadsumens: „Dirumpamus," videlicet, „vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum."

[5] F. H. L. P. V. Z. — M. *vinculo* — A. et Edd. *unico*
M. *concordes*
P. et Edd. antiqu. *uncto*
[7] M. *pio Caesare*
[11] H. *naturaliter*
[12] L. P. *dejectis* — A. *desertis*
A. *oculis* (pro *oriens*) —
F. H. L. M. P. V. — A. et Edd. *luculenter*
[14] A. F. *maluit* — L. *malui*
L. *irrumpendum* — P. *rumpendum* — M. *dirumpenda*
[15] F. L. M. et Fraticell. inserunt *et* ante *ad ostendend.*
[16] A. H. L. P. V. et Edd. ant. — F. M. Turr. et Frat. *me*
A. H. P. V. *subsequenter* — L. M. *subsequatur*
M. *hortabar*
F. *assumens*

[4] Patriam auctoris inde a prima ejus pueritia dominabant Guelphi, inter quos adolescens, et a Brunetto Latino, Guelphae parti inter primores institutus, cum Guelphis sentire admodum juvenis didicerat. Neutiquam tamen admittendum est, Dantem quum ita sentiens primum Monarchiae librum composuisset, hisce verbis, se interim in oppositam Ghibellinorum partem transmigrasse innuere.

Reges et Principes, Guelphos puta tam Italicos, quam extra Italiam, ut Carolum II. Andegavensem Neapolis, et Philippum Pulchrum Galliae Reges.

Haec equidem duo fient sufficienter, si secundam partem praesentis propositi prosequutus fuero, et instantis quaestionis veritatem ostendero. Nam per hoc, quod Romanum imperium de jure fuisse monstrabitur, non solum ab oculis Regum et Principum, qui gubernacula publica sibi usurpant, hoc ipsum de Romano populo mendaciter existimantes, ignorantiae nebula eluetur; sed mortales omnes esse se liberos a jugo sic usurpantium recognoscent. Veritas autem quaestionis patere potest non solum lumine rationis humanae, sed etiam radio divinae auctoritatis. Quae duo quum simul ad unum concurrunt, coelum et terram simul assentire necesse est. Igitur fiduciae praenotatae innixus, et testimonio rationis et auctoritatis praefretus, ad secundam quaestionem dirimendam ingredior.

[Caput II.]

Postquam sufficienter, secundum quod materia patitur, de veritate primae dubitationis inquisitum est, instat nunc de veritate secundae inquirere: hoc est, utrum Romanus populus de jure sibi adsciverit Imperii dignitatem. Cujus quidem inquisitionis principium est, videre quae sit illa veritas, in quam rationes inquisitionis praesentis, velut in principium proprium, reducantur.

Sciendum est igitur, quod quemadmodum ars in triplici gradu

[1] P. V. *quidem*
[2] V. *partis praesentis propositionem*
P. *veritatis quaestionem*
[3] Turrius et Fratic. *ostendam*
[4] *Regum et*, quod habent omnes, cum Ficino omittunt Edd.
H. M. *gubern. pauca*
[6] L. *evelletur* — A. *ellevetur*
[7] F. P. *Ver. aut. communis pat.*
[9] Edd. *sed et*
[10] V. *concurrant*
A. F. L. *Ergo*
[12] H. P. — F. *profretus* — V. *prefetus* — M. *prefectus* — L. *prefertur* — A. *perfecte* — Edd. *fretus*
M. *progredior*
Cap. II. [15] V. *secunda*
[16] H. *haec enim est*
A. *adquisiverit*
F. inserit *Romanum Imperium sive* inter *adsciverit* et *Imperii*
[17] A. et Edd. *quaestionis*
[18] A. F. P. V. *in qua*

[12] Vide libr. I. cap. 2.

invenitur, in mente scilicet artificis, in organo, et in materia formata per artem, sic et naturam in triplici gradu possumus intueri. Est enim natura in mente primi motoris, qui Deus est, deinde in coelo tanquam in organo, quo mediante similitudo bonitatis aeternae in fluitantem materiam explicatur. Et quemadmodum perfecto existente artifice, atque optime organo se habente, si contingat peccatum in forma artis, materiae tantum imputandum est, sic, quum Deus ultimum perfectionis attingat, et instrumentum ejus (quod coelum est) nullum debitae perfectionis patiatur defectum, ut ex iis patet quae de coelo philosophamur, restat, quod quidquid in rebus inferioribus est peccatum, ex parte materiae subjacentis peccatum sit, et praeter intentionem Dei naturantis et coeli; et quod quidquid est in rebus inferioribus bonum, quum ab ipsa materia esse

[2] F. *presumimus intueri*
[3] A. H. *qui est Deus*
P. *demum in coelo*
[5] P. *fluitantem naturam*
[7] H. inserit *et non artifice vel organo* inter *artis* et *materiae*
[9] M. *instrum. suum sive organum ejus per celum est*
[12] F. H. P. — M. *Dei naturalis.* — L. V. *Dei narrantis.* — A. *Celi natura entis.* — Edd. omittunt *naturantis*

[12] Similia habemus in Paradiso AUCTORIS XIII. 67.

La cera di costoro (rerum generatarum) *e chi la duce.*
Non sta d'un modo. e però sotto il segno
Ideale poi più e men traluce:

Ond' egli avvien ch'un medesimo legno.
Secondo specie. meglio e peggio frutta;
E voi nascete con diverso ingegno.

Se fosse a punto la cera dedutta,
E fosse il cielo in sua virtù suprema.
La luce del suggel parrebbe tutta;

Ma la natura la dà sempre scema,
Similemente operando all' artista.
Ch' ha l'abito dell' arte. e man che trema,

Però se il caldo amor la chiara vista
Della prima virtù dispone e segna,
Tutta la perfezion quivi s' acquista.

non possit, sola potentia existente, per prius ab artifice Deo sit, et secundario a coelo, quod organum est artis divinae, quam Naturam communiter appellant.

Ex his jam liquet, quod jus, quum sit bonum, per prius in mente Dei est: et quum omne quod in mente Dei est, sit Deus (juxta illud: „Quod factum est, in ipso vita erat"); et Deus maxime seipsum velit, sequitur, quod jus a Deo, prout in eo est, sit volitum. Et quum voluntas et volitum in Deo sit idem, sequitur ulterius, quod divina voluntas sit ipsum jus. Et iterum ex hoc sequitur, quod jus in rebus nihil est aliud, quam similitudo divinae voluntatis. Unde fit, quod quidquid divinae voluntati non consonat, ipsum jus esse non possit; et quidquid divinae voluntati est consonum, jus ipsum sit. Quapropter quaerere, utrum de jure factum sit aliquid, licet alia verba sint, nihil tamen aliud quaeritur, quam utrum factum sit secundum quod Deus vult. Hoc ergo supponatur, quod illud quod Deus in hominum societate vult, illud pro vero atque sincero jure habendum sit.

Praeterea meminisse oportet, quod, ut Philosophus docet in primis ad Nicomachum: „Non similiter in omni materia certitudo

[3] P. *que natura communiter appellatur* — M. *quam natura comm. appellat*
[4] Z. *quatenus jus*
Omnes quae Fraticell. praecesserunt editiones male: *proprius*
[6] Z. *maxime ipsum*
[13] An *quaerendo?*
[14] L. *non tamen aliud quaerit*
[15] F. *Hic supponatur*
[16] M. et Edd. recentt. omittunt *ut*
[19] Turr. et Fratic. male *in primo*

[1] Ibidem XXIX, 32.

. . . . . *quelle* (substantiae) *furon cima*
Nel mondo, in che puro atto fu produtto.
Pura potenza tenne la parte ima:
Nel mezzo strinse potenza con atto
Tal vime, che giammai non si divima.

[1] Epist. Iacobi 1. v. 7. [6] Evang. Iohann. 1. v. 3, 4. [19] Aristoteles in Eth. Nicomach. I. 7, secundum veterem translationem in Operibus S Thomae Aquinatis (Lectio XI.) „Meminisse oportet, certitudinem non in omnibus similiter exquirere, sed in singulis secundum subjectam materiam."

quaerenda est, sed secundum quod natura rei subjectae recipit." Propter quod sufficienter argumenta sub invento principio procedent, si ex manifestis signis atque sapientum auctoritatibus jus illius populi gloriosi quaeratur. Voluntas quidem Dei per se invisibilis est, 5 sed invisibilia Dei, per ea quae facta sunt, intellectu conspiciuntur. Nam occulto existente sigillo, cera impressa de illo, quamvis occulto, tradit notitiam manifestam: nec mirum, si divina voluntas per signa quaerenda est; quum etiam humana extra volentem non aliter quam per signa cernatur.

10 [CAPUT III.]

Dico igitur ad quaestionem, quod Romanus populus de jure, non usurpando Monarchae officium, quod Imperium dicitur, sibi super mortales omnes adscivit. Quod quidem primo sic probatur: Nobilissimo populo convenit, omnibus aliis praeferri: Romanus populus fuit 15 nobilissimus; ergo convenit ei, aliis omnibus praeferri. Adsumpta ratione probatur: nam quum honor sit praemium virtutis, et omnis praelatio sit honor, omnis praelatio virtutis est praemium. Sed constat, quod merito virtutis nobilitantur homines: virtutis videlicet pro-

[5] Ita emendavimus probante Fraticellio. Codd. et Edd. antiquiores *et invisibilia intellectu* ex conjectura Turrii; Codd. et Edd. antiquae *intellecta*

[8] F. et Edd. *quum et hum.* L. M. P. V. *humana exempla* M. *volente.* — A. Z. *voluntatem.* — L. *voluntatum*

[9] P. *per signa quaeratur* Integrum locum, ad quem conferendum est caput quintum p. 14 verbis „De intentione omnium . . . per signa exteriora." ita corrupit Turrius: *quum ei humana extra quaeratur, non aliter quam per signa, voluntas*

Cap. III. [12] M. P. *Monarchiae offic.*

[13] Ita omnes. — Edd. *omnes mortales*

[15] A. M. V. *omnibus aliis.* — F. omittit *aliis*

[5] Cf. finem capitis quarti et §. 8. Epistolae ad Reges etc. (Fraticelli p. 444) „Si a creatura mundi invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellectu conspiciuntur, et si ex notioribus nobis innotiora; similiter interest humanae apprehensioni, ut per motum coeli motorem intelligamus et ejus velle." Voluntatem Dei sigillum dicit, Cf. Parad. VII. 68, 69. VIII. 127. XIII. 68, 75, ceram vero materiam. Ibi XIII. 67. 73.

priae, vel majorum. Est enim nobilitas, virtus et divitiae antiquae, juxta Philosophum in Politicis, et juxta Juvenalem:

„Nobilitas animi sola est atque unica virtus."

Quae duae sententiae ad duas nobilitates dantur: propriam scilicet, et majorum. 5

Ergo nobilibus, ratione causae, praemium praelationis conveniens est. Et quum praemia sint meritis mensuranda, juxta illud Evangelicum, „Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis": maxime nobili, maxime praeesse convenit. Subadsumptam vero, testimonia veterum persuadent; nam divinus poeta noster Virgilius, per 10 totam Aeneidem, gloriosum regem Aeneam, patrem Romani populi fuisse testatur in memoriam sempiternam. Quod Titus Livius, gestorum Romanorum scriba egregius, in prima parte sui voluminis, quae a capta Troja sumit exordium, contestatur. Qui quidem invictissimus atque piissimus pater, quantae nobilitatis vir fuerit, non so- 15

[1] H. M. *virtutes*

[2] *animi*. quod, quum non habeatur apud Juvenalem, expunxerunt editores, versus explendi gratia codices manu exarati inserunt unanimi consensu

[4] A. F. P. — M. *primam*. — Reliqui *ad propriam*

[7] Ita omnes praeter L. qui (cum editis) habet *meritis sint*

[8] A. F. L. V. *messi*

[9] A. H. L. P. V. *subassumta* — M. *subassumte*

A. F. H. L. P. V. — M. et libri impressi *ceterum testimonia*

[10] A. H. L. M. P. V. — F. et Edd. *suadent*

[13] F. P. *gloriosissimum*

[15] Edd. ant. *Qui quid. mitissimus*

A. F. H. L. P. — M. *vita fuerit* — V. et Edd. omittunt *vir*

[2] Quae ex Aristotele refert Dantes, etsi non totidem verbis, habentur in Polit. III. 12, 13, et in Rhetor. II. 15. [3] Iuvenalis Satir. VIII. 20. [5] Non duas nobilitates, ut hic, sed unam solummodo, propriis meritis quaesitam, statuit Auctor in cantione: *Le dolci rime d'amor ch'io solia*, quam in quarto Convivii tractatu illustrat:

Ed è tanto durata
La così falsa opinion tra noi,
Che l'uom chiama colui
Uomo gentil, che può dicere, „io fui
Nipote, o figlio di cotal valente."
Benchè sia da niente,
Ma vilissimo sembra a chi 'l ver guata
Cui è scorto il cammino e poscia l'erra.

[8] Evang. Matthaei 7. v. 2.

lum sua considerata virtute, sed progenitorum suorum atque uxorum, quorum utrorumque nobilitas hereditario jure in ipsum confluxit, explicare nequirem, sed summa sequar vestigia rerum.

Quantum ergo ad propriam ejus nobilitatem, audiendus est Poeta noster, introducens in primo Ilioneum orantem sic:

Rex erat Aeneas nobis, quo justior alter
Nec pietate fuit, nec bello major et armis.

Audiendus est idem in sexto, qui quum de Miseno mortuo loqueretur, qui fuerat Hectoris minister in bello, et post mortem Hectoris, Aeneae ministrum se dederat, dicit ipsum Misenum „non inferiora sequutum," comparationem faciens de Aenea ad Hectorem, quem prae omnibus Homerus glorificat, ut refert Philosophus in iis, quae de moribus fugiendis ad Nicomachum.

Quantum vero ad hereditariam, quaelibet pars tripartiti orbis tam avis, quam conjugibus illum nobilitasse invenitur.

Nam Asia propinquioribus avis, ut Assaraco et aliis qui Phrygiam regnaverunt, Asiae regionem, unde poeta noster in tertio:

Postquam res Asiae, Priamique evertere gentem
Immeritam visum Superis.

Europa vero avo antiquissimo, scilicet Dardano. Africa quoque avia vetustissima, Electra scilicet, nata magni nominis regis Atlantis;

[1] Edd. inter *sed* et *progenitorum* inserunt *et*, quod abest a codicibus. — A. *genitorum*

[4] A. et F. non habent *ejus*

[5] P. *Ilioneum hortantem*

[8] H. *Videndus*

[12] *fugiendis*, quod omnes exhibent, temere in *fingendis* mutavit Turrius, in *fungendis* vero Fraticellius. Temere: respice enim prima septimi Ethices Nicomacheae verba quae versum Homericum a Philosopho relatum immediate praecedunt: „Circa mores *fugiendorum* tres sunt species: malitia, incontinentia et bestialitas."

[16] Edd., refragantibus libris manu exaratis, *in Phrygia*

[17] Edd. *regione*

[18] A. P. V. *rex Asiae*

[20] Ita quotquot inspeximus codices et edd. ant.; recentiores omittunt *avo*. et Fratic. *vero*

A. F. et V. *Africa vero avia*

[5] VIRGIL. Aeneis I. 544. [8] Ibid. VI. 170. [12] ARISTOTELES Eth. Nicomach. VII. 1. (Versio vetus): „Quemadmodum Homerus de Hectore fecit dicentem Priamum quoniam valde erat bonus, neque videbatur viri mortalis puer existere, sed Dei." [17] VIRGIL. Aeneis III. 1.

ut de ambobus testimonium reddit Poeta noster in octavo, ubi Aeneas ad Evandrum sic ait:

Dardanus Iliacae primus pater urbis, et auctor,
Electra, ut Graii perhibent, et Atlantide cretus,
Advehitur Teucros; Electram maximus Atlas 5
Edidit, aethereos humero qui sustinet orbes.

Quod autem Dardanus ab Europa originem duxerit, noster Vates in tertio cantat, dicens:

Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebae. 10
Oenotrii coluere viri; nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.
Hac nobis propriae sedes; hinc Dardanus ortus.

Quod vero Atlas de Africa fuerit, mons in illa, suo nomine dictus, est testis, quem esse in Africa dicit Orosius, in sua mundi descri- 15 ptione, sic: „Ultimus autem finis ejus est mons Atlas, et Insulae quas Fortunatas vocant.“ „Ejus,“ id est Africae, quia de ipsa loquebatur.

Similiter etiam conjugio nobilitatum fuisse reperio. Prima namque conjux Creusa, Priami regis filia, de Asia fuit, ut superius haberi potest per ea quae dicta sunt. Et quod fuerit conjux, testi- 20 monium perhibet noster Poeta in tertio, ubi Andromache de Ascanio filio Aeneam genitorem interrogat sic:

Quid puer Ascanius? superatne, et vescitur aura,
Quem tibi jam Troja peperit fumante Creusa?

Secunda, Dido fuit, regina et mater Carthaginensium in Africa; 25

[6] Ultimum et penultimum versum, quos exhibent libri veteres, edd. omittunt.
[9] H. *cognom. dictus*
[13] L. P. V. *vobis*
[17] F. *Ejus, scilicet Africae*
[18] A. omittit *etiam*; Edd. *et*
[19] F. *uxor Creusa*
[23] P. *an vescitur* — L. sub *evescitur*
[24] Ultimum hemistichium, Maroni ignotum habent omnes. — F. L. M. *peperit Troja*
[25] M. V. *fuit Dido.*

[1] Virgil. Aeneis VIII. 134. [8] Ibid. III. 163. [15] Orosii Historiae lib. I. „Tingitana Mauritania ultima est Africae. Haec habet.... ab occidente Atlantem montem et oceanum Atlanticum.“ [21] Virgil. Aeneis III. 339.

et quod fuerit conjux, idem noster Poeta vaticinatur in quarto; inquit enim de Didone:

Nec jam furtivum Dido meditatur amorem,
Conjugium vocat; hoc praetexit nomine culpam.

5 Tertia, Lavinia fuit, Albanorum Romanorumque mater, regis Latini filia pariter et heres; si verum est testimonium nostri Poetae in ultimo, ubi Turnum victum introducit, orantem suppliciter ad Aeneam sic:

. . . . Vicisti; et victum tendere palmas
Ausonii videre. Tua est Lavinia conjux.

10 Quae ultima uxor de Italia fuit, Europae regione nobilissima.

His itaque ad evidentiam subadsumptae praenotatis, cui non satis persuasum est, Romani populi patrem, et per consequens ipsum populum, nobilissimum fuisse sub coelo? Aut quem in illo duplici concursu sanguinis a qualibet mundi parte in unum virum, praede-
15 stinatio divina latebit?

[CAPUT IV.]

Illud quoque, quod ad sui perfectionem miraculorum suffragio juvatur, est a Deo volitum, et per consequens de jure fit. Et quod ista sint vera, patet, quia, sicut dicit Thomas in tertio suo contra
20 Gentiles: „Miraculum est, quod praeter ordinem in rebus communiter institutum, divinitus fit.“ Unde ipse probat, soli Deo competere, miracula operari: quod auctoritate Moysis roboratur, ubi quum ventum est ad sciniphes, Magi Pharaonis, naturalibus principiis arti-

[1] M. V. — L. *noster vates* — Reliqui omittunt *poeta*
[7] L. *simpliciter* — H. *similiter*
Cap. IV. [18] P. *a Deo fit.*
[19] H. L. *ista sit natura*
[19] P. *patet sic:*
[21] *statutum* pro *institutum* legitur apud Aquinatem
[22] M. *Moysi.*

[1] VIRGIL. Aeneis IV. 171. [7] Ibid. XII. 936. [18] AUCTORIS Epist. ad Reges §. 7. „Deum Romanum Principem praedestinasse relucet in miris effectibus.“ [20] THOMAE AQUINATIS Summa contra Gentiles III. 101. „Haec quae praeter ordinem communiter in rebus statutum quandoque divinitus fiunt, miracula dici solent.“ [22] EXODUS 8. v. 19.

ficiose utentes, et ibi deficientes, dixerunt: „Digitus Dei est hic.“ Si ergo miraculum est immediata operatio primi, absque cooperatione secundorum agentium, ut ipse Thomas in praeallegato libro probat sufficienter, quum in favorem alicujus portenditur, nefas est dicere, illud cui sic favetur, non esse a Deo, tamquam beneplacitum sibi provisum. Quare suum contradictorium concedere sanctum est: Romanum Imperium ad sui perfectionem, miraculorum suffragio est adjutum; ergo a Deo volitum, et per consequens, de jure fuit et est.

Quod autem, pro Romano Imperio perficiendo, miracula Deus portenderit, illustrium auctorum testimoniis comprobatur. Nam sub Numa Pompilio, secundo Romanorum rege, ritu Gentilium sacrificante, ancile de coelo in urbem Deo electam delapsum fuisse, Livius in prima parte testatur. Cujus miraculi Lucanus in nono Pharsaliae meminit, incredibilem vim austri, quam Libya patitur, ibi describens; ait enim sic:

. . . . . Sic illa profecto
Sacrifico cecidere Numae, quae lecta juventus
Patricia cervice movet; spoliaverat Auster,
Aut Boreas populos ancilia nostra ferentes.

Quumque Galli, reliqua urbe jam capta, noctis tenebris confisi, Capitolium furtim subirent, quod solum restabat ad ultimum interitum Romani nominis, anserem, ibi non ante visum, cecinisse, Gallos ad-

[2] M. *Si vero*

[4] *protenditur* habent codices et Turrius. Sed *portenditur*, quod legitur in editt. antt. magis placet, quum Deos auspicia vel oracula *portendere*, non protendere dicamus.

[5] A. *beneplacito*

[6] H. L. *Quia suum*
F. P. — V. *concederunt sacrum* — H. L. *concedere falsum* — A. M. *conc. factum* — Ficinus *conc. licitum* legisse videtur — Edd. *conc. visum*

[8] In cod. H. deest *fuit* — Edd. antt. *fit*

[10] A. P. V. et edd. antt. — F. *partem dederit* — Reliqui *protenderit*

[12] A. H. L. P. V. — M. *Deo volente* — F. et editt. omn. *a Deo electam*

[17] A. F. H. P. V. *Sacrificio*
H. L. P. *laeta juventus*

[18] F. H. L. P V. *movit*

[22] M. *ans. omnino ante non visum*

[13] Anciliorum de coelo de lapsorum historiam non refert, sed ut in transitu tangit Livius I. 20. 4. et V. 52. 7. [13] Lucani Pharsalia IX. 477.

esse, atque custodes ad defensandum Capitolium excitasse, Livius et multi scriptores illustres concorditer contestantur. Cujus rei memor fuit Poeta noster quum clypeum Aeneae describeret in octavo; canit enim sic:

5 In summo custos Tarpejae Manlius arcis
Stabat pro templo, et Capitolia celsa tenebat,
Romuleoque recens horrebat regia culmo.
Atque hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.

10 At quum Romana nobilitas, premente Hannibale, sic caderet, ut ad finalem Romanae rei deletionem non restaret nisi Poenorum insultus ad urbem, subita et intolerabili grandine proturbante, victores victoriam sequi non potuisse, Livius in bello Punico inter alia gesta conscribit.

15 Nonne transitus Cloeliae mirabilis fuit, quum mulier, quumque captiva in obsidione Porsenae, abruptis vinculis, miro Dei auxilio adjuta, transnatavit Tiberim, sicut omnes fere scribae Romanae rei ad gloriam ipsius commemorant?

Sic Illum prorsus operari decebat, qui cuncta sub ordinis pul-
20 chritudine ab aeterno providit; ut, qui, visibilis, erat miracula

[1] F. *defendendum*
F. *incitasse*
[2] F. *contestantur*
[11] F. *dilectionem* — A. *delectationem* — Frat. *delectionem*
[12] A. F. L. M. P. et edd. autt. *perturbante*
[14] P. *scribit*
[15] A. L. P. *Cocleae* — H. *Colee* — V. *Coeclee* — In P. tamen *Cloelie* inter lineas substitutum
H. L. M. P. V. — F. *quantumcumque capt.* — A. *quoque capt.* — Editt. *et captiva*
[17] V. et editt. *adjuta auxilio*
L. P. V. *transnavit* — A. *transiit*

[1] LIVIUS V. 47. [2] VIRGIL. Aeneis VIII. 652. [13] Nihil horum in Livii Historiis deprehendere mihi contigit. Narratur tamen fabula ab OROSIO IV. 17: „Ubi expositae utrinque acies constiterunt, in conspectu Romae, praemium victoris futurae, tantus subito se imber e nubibus grandine mixtus effudit, ut turbata agmina, vix armis retentis in sua se castra colligerent.“ [17] AUREL. VICTOR. De viris illustr. cap. 13. OROSIUS I. c. II. 5. „Nisi hostem“ (Porsenam) „.... Cloelia admirabili transmeati fluminis audacia permovisset, profecto Romani compulsi fuissent perpeti aut captivitatem, hoste insistente superati, aut servitutem recepto regi subjecti.“

pro invisibilibus ostensurus, Idem, invisibilis, pro invisibilibus illa ostenderet.

[caput v.]

Quicunque praeterea bonum Reipublicae intendit, finem juris intendit. Quodque ita sequatur, sic ostenditur: Jus est realis et personalis hominis ad hominem proportio, quae servata hominum servat societatem, et corrupta corrumpit. Nam illa Digestorum descriptio, non dicit quod quid est juris, sed describit illud per notitiam utendi illo. Si ergo definitio ista bene quid est, et quare comprehendit, et cujuslibet societatis finis est commune sociorum bonum; necesse est, finem cujusque juris bonum commune esse, et impossibile est jus esse, bonum commune non intendens. Propter quod bene Tullius in prima Rhetorica: „Semper," inquit, „ad utilitatem Reipublicae leges interpretandae sunt." Quod si ad utilitatem eorum, qui sunt sub lege, leges directae non sunt, leges nomine solo sunt, re autem leges esse non possunt. Leges enim oportet homines devincire

[1] H. *Idem invisibile* — A. *Id. visibilis.* A. L. H. — Reliqui et edd. *pro visibilibus*
Totius loci restitutionem quam olim talem proposueram: *ut, qui visibilis visibilia erat miracula pro invisibilibus ostensurus, idem invisibilis per visibilia illa se ostenderet*, jam rejiciendam esse credo.

Cap. V. [5] F. V. *sequitur*
[8] A. *quod quidquid*
[9] A. *et quando* — F. M. V. Z. *et quia* — H. *et quem*
[11] H. *cujuslibet*
[14] secundum *sunt*, quod codd. habent omnes, omittunt edd.
[16] F. M. V. *devincere* — A. *dividere*

[1] Haec ita intelligenda esse puto: Deus, dum visibilis, in Christo esset, ut invisibilia Divinitatis arcana manifestaret, miracula hominibus ostendit. Eadem ratione, Deus, nunc rursus invisibilis, ad significandam invisibilem suam voluntatem, puta praedestinationem Romae ad Imperium orbis terrarum, miracula Romanam historiam concomitantia operatus est et operatur. [6] Haec juris definitio, unde sumta sit, nescio. [7] L. 1. pr. Dig. De Justitia et jure (I. 1.): „Ut eleganter Celsus definit, jus est ars boni et aequi." [13] Cicero de Inventione I. 38 (68.) „Quam ob rem igitur leges servari oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari convenit: hoc est, reipublicae servimus, ex reipublicae commodo atque utilitate leges interpretemur."

ad invicem, propter communem utilitatem. Propter quod bene Seneca de lege in libro de quatuor virtutibus, „Legem vinculum“ dicit „humanae societatis.“ Patet igitur, quod quicunque bonum Reipublicae intendit, finem juris intendit. Si ergo Romani bonum Reipublicae intenderunt, verum erit dicere, finem juris intendisse.

Quod autem Romanus populus bonum praefatum intenderit, subjiciendo sibi Orbem terrarum, gesta sua declarant. In quibus, omni cupiditate submota, quae Reipublicae semper adversa est, et universali pace cum libertate dilecta, populus ille sanctus, pius et gloriosus, propria commoda neglexisse videtur, ut publica pro salute humani generis procuraret. Unde recte illud scriptum est: Romanum Imperium de fonte nascitur pietatis.

Sed quia de intentione omnium ex electione agentium, nihil manifestum est extra intendentem, nisi per signa exteriora, et sermones inquirendi sunt secundum subjectam materiam, ut jam dictum est; satis in hoc loco habebimus, si de intentione populi Romani signa indubitabilia tam in Collegiis, quam in singularibus personis ostendantur.

De Collegiis quidem, quibus homines ad Rempublicam quo-

[2] Edd. *quum in libro quatuor* deest in L. H. *virtutibus card*(inalibus) F. H. V. *dicat*
[6] H. L. *populus Romanus* — M. *populus ille*
[8] Edd. contra unanimem codicum consensum *remota*
[9] F. H. P. *utili pace*
[13] L. P. *Et quia*
[15] A. *exquirendi*
[19] *quodammodo* deest in L. — Edd. vett. *quodam*

[2] Martinus abbas Dumiensis, deinde episcopus Braccariensis, Formula honestae vitae, sive de quatuor virtutibus cardinalibus (Maxima Biblioth. Patrum Lugd. Anisson 1677. Tom. X, p. 382 sq.) Cap. 4: „Justitia non nostra constitutio, sed divina lex est, et vinculum societatis humanae.“ — Hoc opusculum Senecae injuria tribui, quum Convivium scriberet, intellexisse videtur Dantes. Ibi enim (III. 8.) non adjecto auctoris nomine provocat ad librum „*delle quattro virtù cardinali*.“ [12] Eadem sententia, quae unde hausta sit, ignoro, recurrit in epistola Regibus inscripta §. 3. „Ignoscet omnibus misericordiam implorantibus, quum sit Caesar, et Majestas ejus de fonte defluat pietatis.“

dammodo religati esse videntur, sufficit illa sola Ciceronis auctoritas in secundis Officiis: „Quamdiu,“ inquit, „Imperium Reipublicae beneficiis tenebatur, non injuriis, bella aut pro sociis aut de Imperio gerebantur, exitus erant bellorum aut mites, aut necessarii; Regum, populorum, et nationum portus erat et refugium Senatus. Nostri autem Magistratus Imperatoresque in ea re maxime laudem capere studuerunt, si provincias, si socios aequitate et fide defendissent; itaque illud patrocinium orbis terrarum potius, quam Imperium poterat nominari.“ Haec Cicero.

De personis autem singularibus compendiose progrediar. Numquid non bonum commune intendisse dicendi sunt, qui sudore, qui paupertate, qui exilio, qui filiorum orbatione, qui amissione membrorum, qui denique animarum oblatione bonum publicum exaugere conati sunt?

Nonne Cincinnatus ille sanctum nobis reliquit exemplum, libere deponendi dignitatem in termino, quum, assumptus ab aratro, Dictator factus est, ut Livius refert? Et post victoriam, post triumphum, sceptro imperatorio restituto Consulibus, sudaturus post boves ad stivam libere reversus est. Quippe in ejus laudem Cicero, con-

[1] Pro *videntur*, quod. praeter L. in quo legitur *viderentur*, omnes peraeque codd. exhibent, editt. habent *jure debent*

[2] A. F. H. L. P. V. — M. et edd. *in secundo de Officiis*

[3] A. F. M. et edd. male *pro Imperio*

[6] M. — Reliqui et edd. *et Mdyistratus*

[10] L. M. *progrediatur*

[12] P. *abscissione* (in marg: „alias *amissione*)

[13] M. et editt. *augere*

[16] M. *in animo* — L. *in agro* — F. et Z. *in toto*

[18] H. L. M. P. V. — F. *subditurus* — Z. *subditur* — A. *se daturum* — Edd. *subadactus* (Princeps in marg. *subditus*

[19] Z. *ad scivas*. In marg. „alias *silvas*“ — Ita F. — M. *ad sua* — A. *et asinam libere*, quod habent F. H. L. M. P. V. Z. omittunt A. et edd.

[2] Cicero de Officiis II. 8. (26. 27.) [17] Livius VI. 28, 29. [19] Orosium magis quam Livium sequutum esse auctorem nostrum illius docent verba, quae habentur in ejus Historiis II. 12. „Quinctius Cincinnatus.... Dictator.... qui repertus ruri ab aratro accersitus ad fasces, sumto honore, instructoque exercitu, jugum boum equis

tra Epicurum, in iis quae de Fine bonorum, disceptans, hujus beneficii memor fuit: „Itaque," inquit, „et majores nostri ab aratro duxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset."

Nonne Fabricius altum nobis dedit exemplum avaritiae resistendi, quum pauper exsistens, pro fide qua Reipublicae tenebatur, auri grande pondus oblatum derisit, ac derisum, verba sibi convenientia fundens, despexit, et refutavit? Hujus etiam memoriam confirmavit Poeta noster in sexto, cum caneret:

. . . . parvoque potentem
Fabricium.

Numquid non praeferendi leges propriis commodis, memorabile nobis exemplar Camillus fuit? qui, secundum Livium, damnatus exilio, postquam patriam liberavit obsessam, et spolia etiam Romana Romae restituit, universo populo reclamante, ab urbe sancta discessit, nec ante reversus est, quam sibi repatriandi licentia de auctoritate

[1] H. L. P. V. *disjectans* — A. *dixerat*
[4] F. H. P. V. Z. et versio Ficini — A. L. M. et edd. praeter Turrium *alterum exemplum*
[7] *etiam* inter codices abest ab uno V. et praeterea ab edd.
A. F. L. M. P. V. et edd. antiqq. — V. et edd. recent. *confirmat*
[11] A. *Non et quid praef.* — V. *Non quid praef.*
H. *memoriale*
[12] L. *exemplum*
[13] L. M. P. *obsessam spolia*
[14] P. *ab urbe sanata*

imposuit, victoriamque quasi stivam tenens, subjugatos hostes prae se primus egit." Cf. AUCTORIS Parad. VI. 46.

. . . . *Quinzio che dal cirro*
Negletto fu nomato

ejusque Convivium IV. 5. „*Chi dirà di Quinzio Cincinnato fatto Dittatore, e tolto dall' aratro, dopo il tempo dell' ufficio, spontaneamente quello rifiutando, allo arare essere tornato?*" [1] De finib. bonor. et malor. II. 4. (12.) [7] EUTROPII Breviarium II. 7. Cf. AUCTORIS Convivium I. c. „*Chi dirà che fosse sanza divina spirazione Fabrizio, infinita quasi moltitudine d'oro rifiutando, per non volere abbandonare sua patria?*" [9] VIRGIL. Aen. VI. 844. [12] LIVIUS V. 32, 44—46, 49. Cf. EUTROPIÚM I. c. I. 18. et AUCTORIS Convivium loco quo supra: „*Chi dirà di Camillo, sbandeggiato e cacciato in esilio, esser venuto a liberare Roma contro alli suoi nemici, e dopo la sua liberazione spontaneamente essere tornato in esilio per non offendere la senatoria autorità, sanza divina istigazione?*"

Senatus allata est. Et hunc magnanimum Poeta commendat in sexto, quum dicit:

. . . . referentem signa Camillum.

Nonne filios, an non omnes alios, postponendos patriae libertati, Brutus ille primus edocuit? quem Livius dicit, Consulem existentem, proprios filios cum hostibus conspirantes morti dedisse. Cujus gloria renovatur in sexto Poetae nostri, de ipso canentis:

. . . . Natosque pater nova bella moventes
Ad poenam pulchra pro libertate vocabit.

Quid non audendum pro patria, nobis Mucius persuasit, quum incautum Porsenam invasit, quum deinde manum errantem, non alio vultu quam si hostem cruciari videret, suam adhuc cremari adspiciebat? Quod et Livius admiratur testificando.

Accedunt nunc illae sacratissimae victimae Deciorum, qui

[1] A. *oblata* — L. *illata*
Turrius et Fratic., nescio qua auctoritate moti, *esset*
[4] A. *Numne*
A. L. M. *praeponendos*
[5] F. P. *Consule existente*
[8] A. V. *patri*
[9] V. *pulchram* — A. *plena*
A. P. *vocavit* — L. *vocabat* — F. H. *clamavit*
[10] M. *Quid autem aud.*
A. *audiendum* — P. *audiendus*
[11] A. F. H. L. M. P. — V. *invasit, deinde* — Edd. *inv., ac deinde*
[11] F. H. P. V. — L. M. *manu errantem* — A. *manum errectam*
[12] H. L. M. P. V. *cruciare*
suam adhuc, quod in omnibus libris manu exaratis legitur, ejecerunt impressi.
P. *cremari* — A. *triumphari*
P. *videbat*
[13] L. P. *Quod etiam Liv.* — M. *Et etiam Liv.* — A. *Quod Liv.*
[14] L. *Accedunt illae* — H. et Edd. *Accedant illae*
sacratissimae deest in A. et V.
L. *lacrimae Dec.*

[1] Virgil. Aen. VI. 826. [5] Livius II. 5. Cf. Orosium II. 5. Valerii Maximi Memorab. V. 8. 1. Aurel. Victor De viris illustr. cap. 10 et Auctoris Convivium l. c. „*Chi dirà di Torquato, giudicatore del suo figliuolo a morte per amore del pubblico bene, sanza divino ajutorio ciò avere sofferto? e Bruto predetto similmente.* [7] Virgil. Aen. VI. 821. [13] Livius VIII. 9, IX. 28, 29. Cf. Valer. Max. I. c. I. 3. V. 6. Nr. 5, 7. Aurel. Victor l. c. cap. 26, 27 et Auctoris Convivium l. c. „*Chi dirà de' Decii... che posero la loro vita per la patria.*“ [15] Livius II. 12. Cf. Valer. Max. l. c. cap. 12 et Auctoris Convivium l. c. „*... Muzio la sua mano propria incendere, perchè fallato avea il colpo che per liberare Roma pensato avea.*“

pro salute publica devotas animas posuerunt: ut Livius, non quantum est dignum, sed quantum potuit, glorificando renarrat. Accedit et illud inenarrabile sacrificium severissimi verae libertatis auctoris Marci Catonis: quorum alteri pro salute patriae mortis te-
5 nebras non horruerunt; alter, ut mundo libertatis amores accenderet, quanti libertas esset ostendit, dum e vita liber decedere maluit, quam sine libertate manere in illa. Horum omnium nomen egregium voce Tullii recalescit, in iis quae de Fine Bonorum. Inquit enim Tullius hoc de Deciis: „Publius Decius, princeps in ea familia, Consul, quum
10 se devoveret, et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat, aliquid de voluptatibus suis cogitabat, ubi eas caperet, aut quando? quum sciret confestim esse moriendum, eamque mortem ar-

[2] F. L. M. *potest*
L. et editt. *narrat*
[3] Turr. et Fratic. *Accedat* — L. *et accedit*
F. *serenissimi* — L. *sererissimae*
P. — F. *veri liberatis* — V. *veritatis libertatis* — Reliqui omittunt *verae*
[4] F. H. L. M. P. V. et Ficinus in versione — A. et editt. *tutoris*
F. L. M. P. V. — A. *alterius* — H. Ficinus et edd. *alter*
[5] L. M. P. V. — F. *horruerit* — A. *occurrerunt* — H. Ficinus et editi *horruit*
In P. deest *amores* — Turr. et Fratic. *amorem*
F. P. *accederet*
[7] Edd. *remanere*
[8] L. *reclarescit*
[9] V. *Consulem.* (Apud Tullium *Consulatus.*)
H. L. M. P. V. *equo amisso*
Turrius et Fratic. contra codicum auctoritatem, ipsiusque Ciceronis textum: *irrueret num aliquid*
[11] F. H. V. *voluntatibus*
Ita scripsimus cum Ficino (*in che modo ei li pigliasse*) Turrio et Frat. — L. et editt. antiqu. *ubi eam* — F. M. *ut eam* — A. *ubi etiam* — P. *ubi ut eam* — V. *nisi ut eam* — H. *ubi nisi ut eam*
[12] P. V. *ardentior* — L. M. *ardentiori*

[7] Conf. AUCTORIS Purgatorium I. 71.

Libertà . . . . . che è sì cara,
Come sa chi per lei vita rifiuta.
Tu il sai; chè non ti fu per lei amara
In Utica la morte, ove lasciasti
La vesta che al gran dì sarà sì chiara.

Et Convivium l. c.: *„O sacratissimo petto di Catone, chi presumerà di te parlare? Certo maggiormente parlare di te non si può, che tacere e seguitare Jeronimo quando nel proemio della Bibbia, là dove di Paolo tocca, dice che meglio è tacere, che poco dire.“*

[8] CICERO de Finib. bon. et mal. II. 19. (60.)

dentiore studio peteret, quam Epicurus voluptatem petendam putavit? Quod quidem ejus factum, nisi esset jure laudatum, non esset imitatus quarto Consulatu suo filius; neque porro ex eo natus, cum Pyrrho bellum gerens, Consul eo cecidisset in praelio, seque e continenti genere tertiam victimam Reipublicae tribuisset." In iis vero quae de Officiis, de Catone dicebat: „Non enim alia in causa Marcus Cato fuit, alia caeteri, qui se in Africa Caesari tradiderunt; atque caeteris forsan vitio datum esset, si se interemissent, propterea quod levior eorum vita, et mores fuerunt faciliores. Catoni vero quum incredibilem natura tribuisset gravitatem, eamque perpetua constantia roborasset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriendum ei potius, quam tyranni vultus adspiciendus fuit."

[Caput VI.]

Declaranda igitur duo sunt; quorum unum est, quod quicumque bonum reipublicae intendit, finem juris intendit: aliud est, quod Romanus populus subjiciendo sibi orbem, bonum publicum intendit. Nunc arguatur ad propositum sic: Quicunque finem juris intendit, cum jure graditur: Romanus populus subjiciendo sibi orbem, finem juris intendit, ut manifeste per superiora in isto capitulo est probatum;

[1] F. H. V. *voluntatem*
[2] Ita omnes cum Cicerone — Edd. *non fuisset*
[4] F. pro *eo cecidisset* habet *rececidisset* — A. Ciceronis textu abest *eo*
P. *sicque* — F. *sique*
H. M. V. — P. et edd. *et continenti* — F. *et in continenti* — A. *in continenti* — L. *continenti*
[6] H. *Num eum* — F. *Nunc enim* — L. M. *Num enim*
[8] *si se* deest in F. L. M. P. V.
[9] A. *quod livor* — In textu Ciceronis *quod lenior*
Ita omnes cum Cicerone. — Edd. *dum incredibilem*
[11] H. M. *semper* (sine conjunctione) *permansisset* deest in F. P.
Cap. VI. [14] A. F. L. H. non indicant novi capitis initium. — A. F. H. V. — M. P. *Declarat* — L. *Declarant* — Versio Ficini et Edd. *Declaranda*. Sed utrumque (finem juris intendere, qui bonum reipublicae intendunt, et Romanum populum, quum orbem terrarum sibi subjiceret, finem juris intendisse) jam in praecedente capitulo exposuit auctor.
F. H. *Decl. ergo*
[19] A. *manifestissime*

[6] Idem de Offic. I. 31. (112.)
[19] „In isto," puta in quinto capitulo.

ergo Romanus populus subjiciendo sibi orbem, cum jure hoc fecit; et, per consequens, de jure sibi adscivit Imperii dignitatem.

Quae conclusio, ut ex omnibus manifestis illata sit, manifestandum est hoc, quod dicitur: quod quicumque finem iuris intendit, cum
5 jure graditur. Ad cujus evidentiam advertendum, quod quaelibet res est propter aliquem finem, aliter esset otiosa; quod esse non potest, ut superius dicebatur. Et quemadmodum omnis res est ad proprium finem, sic omnis finis propriam habet rem, cujus est finis. Unde impossibile est, aliqua duo per se loquendo, in quantum duo, finem
10 eundem intendere; sequeretur enim idem inconveniens, quod alterum scilicet esset frustra. Quum ergo juris finis quidam sit, ut jam declaratum est; necesse est, fine illo posito, jus poni, cum sit proprius et per se juris effectus. Et quum in omni consequentia impossibile sit habere antecedens absque consequente, ut hominem sine animali,
15 sicut patet construendo et destruendo; impossibile est, juris finem quaerere sine jure, quum quaelibet res ad proprium finem se habeat, velut consequens ad antecedens: nam impossibile est, bonam valetudinem membrorum attingere sine sanitate. Propter quod evidentissime patet, quod finem juris intendentem, oportet cum jure intendere; nec
20 valet instantia, quae de verbis Philosophi eubuliam pertractantis

[2] A. *sibi adquisivit*

[4] Ita omnes (nisi quod L. pro *illata* habeat *illa*, et *hocque* pro *hoc*). — Editi cum Ficino: *Quae conclusio ex omnibus manifestis illata est. Manifestandum est autem quod dicitur*
M. *quisque finem juris intendens*

[8] F. *omnis finis habet proprium esse*
F. P. *Unde impolitice*

[11] H. L. M. P. consentiente Ficino („*perchè egli è alcuno fine della ragione,*") neque aliter conjecerat Boehmerus. — F. *quedam* — V. et Edd. *quidem* — In A. deest *quidam*

[15] *et destruendo* deest in F. et P.
Edd. *sic impossibile*
M. *finem queri* — P. *finem quem* — H. *finem esse*

[20] *est* omittunt M. P. V.

[20] ARISTOTELIS Eth. Nicom. VI. 10. (ex vers. vet.): „Eubulia.. consilium quoddam.... Rectitudo quaedam est eubulia consilii..... Talis rectitudo consilii eubulia, quae boni adeptiva. Sed est et hoc falso syllogismo, et quod quidem oportet facere sortiri, per quod autem non, sed falsum medium terminum esse." Cf. THOMAM AQUINATEM ibi lectio VIII.: „Manifestum est, quod non dicitur recte syllogizare, qui veram conclusio-

elici solet. Dicit enim Philosophus: „Sed et hoc falso syllogismo, sortiri, quod quidem oportet sortiri, per quod autem, non, sed falsum medium terminum esse.“ Nam si ex falsis verum quodammodo concluditur, hoc est per accidens, in quantum illud verum importatur per voces illationis; per se enim verum nunquam sequitur ex falsis, 5 signa tamen veri bene sequuntur ex signis, quae sunt signa falsi. Sic et in operabilibus. Nam, licet fur de furto subveniat pauperi, non tamen eleemosyna dicenda est, sed est actio quaedam, quae, si de propria substantia fieret, eleemosynae formam haberet. Similiter est de fine juris: quia si aliquod, ut finis ipsius juris, absque jure ob- 10 tineretur, ita esset finis juris, hoc est commune bonum, sicut exhibitio facta de male acquisito est eleemosyna: et sic, quum in pro-

[3] Lectio quam in textum recepimus, licet obscuriorem, sine ulla varietate habetur in F. L. P. V., et ad verbum convenit cum loci Aristotelici versione antiqua. — Pro *terminum esse* H. exhibet *tibininni est* — M. omitit *Philosophus*, et *quod quidem oportet sortiri* — Paulo latius distat A. *dicit enim Philosophus super hoc falso syllogismo sortitur quod quidem oportet per quod autem* rell. — Editt. antiquiores habent: *Dicit enim sed et hoc falso syllogismo: Sortiri, qnod quidem oportet sortiri, sortiri oportet, per quod autem* rell., neque aliter Turrius. — Fraticellius, conjecturam olim a me propositam sequutus: *dicit enim: Falso syllogismo sortiri quod quidem opertet sortiri, posse: per quod autem* rell. — Boehmerus nuper conjecit: *dicit enim in sexto ad Nicomachum, falso syllog.* rell. A. H. — F. M. P. V. et editt. antiqu. *Nam si ex syllogismis* — L. *Nam si ex philosophis* — *Nam si ex falsis syllogismis*, quod, quum Ficinum ita habuisse viderem, commendaveram, in textum recepit Fraticell.

[6] L. *sequitur ex philosophis significatum veri bene sequ. ex signis quae sunt signa philosophi*
P. *Nam si fur* — M. *Ut hujusmodi: fur*

[8] A. F. M. P. — Reliqui et impr. *dicendum est*

[10] A. F. H. L. consentiente Ficino — M. *quasi aliquod* — P. *quia sicut* — V. et edd. *quia si aliud*
H. M. *aut finis*

[11] Edd. *juris finis*
F. *absque fine obtin.*
F. et edd. *bonum commune*

[12] Fratic., sicut olim emendaveram, *esset eleem.*

nem per falsum medium concluderet; unde consequens est, quod non sit vere eubulia, secundum quam aliquis adipiscitur finem quem oportet, non autem per viam per quam oportet.“ Longe clarius sine dubio rem exponit versio Febriani: „Fieri tamen potest, ut falsa ratiocinatione bonum assequamur; per quod tamen oportet, non assequamur, sed medius terminus falsus sit.“

positione dicatur de fine juris existente, non tantum apparente, instantia nulla est. Patet igitur, quod quaerebatur.

[CAPUT VII.]

Et illud quod natura ordinavit, de jure servatur; natura enim in providendo non deficit ab hominis providentia, quia si deficeret, effectus superaret caussam in bonitate, quod est impossibile. Sed nos videmus, quod in collegiis instituendis, non solum ordo collegarum ad invicem consideratur ab instituente, sed etiam facultas ad officia exercenda, quod est considerare terminum juris in collegio, vel in ordine; non enim jus extenditur ultra posse. Ergo ab hac providentia natura non deficit in suis ordinatis. Propter quod patet, quod natura ordinat res cum respectu suarum facultatum; qui respectus est fundamentum juris in rebus a natura positum. Ex quo sequitur, quod ordo naturalis in rebus absque jure servari non possit, quum inseparabiliter juris fundamentum ordini sit annexum. Necesse est igitur, ordinem de jure servari.

Romanus populus ad imperandum ordinatus fuit a natura et hoc sic declaratur: Sicut ille deficeret ab artis perfectione, qui finalem formam tantum intenderet, media vero, per quae ad formam pertingeret, non curaret; sic natura, si solam formam universalem divinae similitudinis in universo intenderet, media autem negligeret. Sed natura in nulla perfectione deficit, quum sit opus divinae intelligentiae;

[1] A. F. P. et editt. praeter Fratic. *non tamen app.*

[2] A. addit in fine capitis: *erat illud quod natura ordinaverat*

Cap. VII. [8] Editi: *sed et facultas*

[13] M. Ficinus et edd. recentt. — Antiquiores cum reliquis codd. *rebus et natura*

[15] H. P. *igitur est* — M. *est ergo* — A. F. *ergo est*

[16] A. F. L. P. — H. *ordinatum de jure servari* — M. *quod natura ordinavit, de jure servari* — V. *quod ordinavit de jure servari.* Recentior tamen manus inter *quod* et *ordinavit* adjecit *quidquid natura.* — Edd. ad unam omnes: *quod quidquid natura ordinavit, de jure servari debeat*

[17] A. H. L. M. P. — F. V. *et quod sic decl.* — Editt. *quod sic decl.*

[20] A. *formam diversalem* — L. *form. humilem* — P. *form. velut*

[21] L. M. *mediam autem*

ergo media omnia intendit, per quae ad ultimum suae intentionis devenitur.

Quum ergo finis humani generis sit, et sit aliquod medium necessarium ad finem naturae universalem; necesse est, naturam ipsum intendere. Propter quod bene Philosophus, naturam semper agere propter finem, in secundo De naturali auditu probat. Et quia ad hunc finem natura pertingere non potest per unum hominem, quum multae sint operationes necessariae ad ipsum, quae multitudinem requirunt in operantibus; necesse est naturam producere hominum multitudinem ad diversas operationes ordinatorum, ad quod multum conferunt, praeter superiorem influentiam, locorum inferiorum virtutes et proprietates.

[1] F. *suae perfectionis*
[3] *et sit*, quod abest a codicibus et editis, ut plenam et intelligibilem redderemus orationem, inserendum esse duximus. Cf. vers. Ficini: „*Adunque esistendo il fine della ragione umana, esiste un certo mezzo necessario al fine universale della natura, e quindi è necessario che la natura a questo attenda.*
[4] F. P. *natura velle necesse*
P. *naturam ipsam*
[7] F. *natura attingere*
[8] F. P. *necessariissimae* — M. V. *necesse*
M. P. *requirit*
[9] V. *in operatoribus*
[10] A. F. H. L. P. — V. *ad versas operationes* — M. et edd. *ad operationes*
F. P. *multum conferre potest* — V. *multum confert*
F. P. omittunt *praeter*
[11] F. H. et edd. *inferiorum et virtutes*

[1] „ad ultimum," puta finem, „suae intentionis." [4] „ipsum," medium scilicet. [6] Aristotelis Physica (de physico auditu) II. 1. (vers. ant.): „Est igitur natura principium alicujus et causa movendi et quiescendi in quo est primum, per se, et non secundum accidens." Ibi cap. 2: „Adhuc quod cujus causa fit et finem ejusdem, et quaecunque sunt propter hoc. Natura autem finis est, et cujus causa fit." [8] ad ipsum finem humani generis. [11] „superiorem," puta coelorum „influentiam." [11] Idem fere argumentum tractat Auctor in Parad. VIII. 97. sq.

Lo ben che tutto il regno che tu scandi
Volge e contenta, fa esser virtute
Sua provvidenza in questi corpi grandi;

E non pur le nature provvedute
Son nella mente ch' è da sè perfetta,
Ma esse insieme con la lor salute.

Per che quantunque questo arco saetta
Disposto cade a provveduto fine,
Sì come cosa in suo segno diretta.

Propter quod videmus, quod quidam non solum singulares homines, quin etiam populi, apti nati sunt ad principari, quidam alii ad subjici atque ministrare: ut Philosophus adstruit in iis quae de Politicis; et

[2] A. H. L. P. V. — M. *quidam alii subj.* — F. et editt. *quidam ad subj.*

[3] F. L. M. — A. H. M. V. et edd. *de Politiis*

Se ciò non fosse, il ciel che tu cammine
Producerebbe sì li suoi effetti.
Che non sarebbero arti, ma ruine;

E ciò esser non può, se gl' intelletti
Che movon queste stelle non son manchi,
E manco il primo che non gli ha perfetti.

Vuoi tu che questo ver più ti s' imbianchi?
Ed io: Non già, perchè impossibil veggio
Che la natura, in quel ch' è uopo, stanchi.

Ond' egli ancora: Or di', sarebbe il peggio
Per l' uomo in terra, se non fosse cive?
Sì, rispos' io, e qui ragion non cheggio.

E può egli esser, se giù non si vive
Diversamente per diversi offici?
No, se il maestro vostro ben vi scrive.

Sì venne deducendo infino a quici;
Poscia conchiuse: Dunque esser diverse
Convien dei vostri effetti le radici:

Per che un nasce Solone ed altro Xerse,
Altro Melchisedech, ed altro quello
Che volando per l' aere, il figlio perse.

La circular natura, ch' è suggello
Alla cera mortal, fa ben sua arte,
Ma non distingue l' un dall' altro ostello.

Quinci addivien ch' Esaù si diparte
Per seme da Jacob, e vien Quirino
Da sì vil padre che si rende a Marte.

Natura generata il suo cammino
Simil farebbe sempre ai generanti,
Se non vincesse il provveder divino.

[3] ARISTOTELIS Politica I. 8. (translatio antiqua) „In quibusdam determinatum, quod tale, quorum quidam huic expedit servire, huic autem dominari, et justum est, et oportet hunc quidem subjici, hunc autem principari, quo nati sunt principatu, principari.“ THOMAS AQUINAS ibid: „In quibusdam distinguitur per naturam, et in talibus expedit, huic quod serviat, et illi quod dominetur, et hoc etiam justum est. Et hoc probat,

talibus, ut ipse dicit, non solum regi est expediens, sed etiam justum, etiamsi ad hoc cogantur.

Quae si ita se habent, non dubium est, quin natura locum et gentem disposuerit in mundo ad universaliter principandum; aliter sibi defecisset, quod est impossibile. Quis autem fuerit locus, et quae gens, per dicta superius et per dicenda inferius satis est manifestum, quod fuerit Roma, et cives ejus, sive populus. Quod etiam Poeta noster valde subtiliter in sexto tetigit, introducens Anchisen praemonentem Aeneam, Romanorum patrem, sic:

Excudent alii spirantia mollius aera,
Credo equidem; vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt causas melius, coelique meatus
Describent radio, et surgentia sidera dicent:
Tu regere imperio populos, Romane, memento;
Hae tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subjectis, et debellare superbos.

Dispositionem vero loci subtiliter tangit in quarto, quum introducit Jovem ad Mercurium de Aenea loquentem isto modo:

Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promisit, Grajumque ideo bis vindicat armis:
Sed fore qui gravidam imperiis, belloque frementem
Italiam regeret.

Propterea satis persuasum est, quod Romanus populus a natura ordinatus fuit ad imperandum. Ergo Romanus populus subjicendo sibi orbem, de jure ad imperium venit.

[1] Edd. *sed et justum* — A. addit *est.*
[4] *utiliter* pro *universaliter* habent A. L. M. P. — Nobiscum faciunt H. V. Ficinus et editt.
[6] P. *per praedicta* — M. *praedicta per dicenda* quod libri veteres exhibent ad unum omnes. exulat ab editis.
[7] A. F. H. M. P. V. -- L. et edd. *Quod et*
[8] L. *sublimiter*
[10] A. F. *spirantia melius*
[11] P. *equidem, et vivos*
[15] H. L. V. *Haec tibi*
[23] M. *Propter quod* -- P. *Preterea* F. et edd. *populus Romanus a natura* legunt omnes praeter F., quem sequuntur editt. simpliciter exhibentes *natura*
[25] M. *ad imperandum*

quia opportunum, quod unusquisque subjiciatur vel principetur, secundum quod habet aptitudinem naturalem: unde et his qui habent aptitudinem naturalem ad hoc, expedit, quod dominentur servis.“ [8] Virgil. Aen. VI. 848. [17] Ibidem IV. 227.

[CAPUT VIII.]

Ad bene quoque venandum veritatem quaesiti, scire oportet, quod divinum judicium in rebus quandoque hominibus est manifestum, quandoque occultum.

5 Et manifestum potest esse dupliciter, ratione scilicet, et fide. Nam quaedam judicia Dei sunt, ad quae humana ratio propriis pedibus pertingere potest, sicut ad hoc: Quod homo pro salute patriae seipsum exponat. Nam si pars debet se exponere pro salute totius, quum homo sit pars quaedam civitatis, ut per Philosophum 10 patet in suis Politicis; homo pro patria debet exponere seipsum, tanquam minus bonum pro meliori. Unde Philosophus ad Nicomachum: „Amabile quidem enim et uni soli; melius et divinius vero genti et civitati.“ Et hoc judicium Dei est; aliter humana ratio in sua rectitudine non sequeretur naturae intentionem, quod est impossibile. 15 Quaedam etiam judicia Dei sunt, ad quae, etsi humana ratio ex propriis pertingere nequit, elevatur tamen ad illa cum adjutorio

Cap. VIII. [3] P. *oportet ad divinam providentiam*

[7] *pro*, quod praeter omnes libros manu exaratos habent edd ant., excidit in Ginevrina (1740) et, quae eam sequutae sunt, Venetis saec. praeterlapsi.

[9] H. *totius corporis*
Ita in omnibus codd. — Edd. *ut ait Philosophus*

[11] F. L. M. — Reliqui et edd. *Politiis*

[12] L. — Concordant A. H. M. P. V. praeter leviores quasdam lectionis varietates: pro *enim*, quod ab H. prorsus abest, M. exhibet *esse*, et pro *genti* P. habet *enti* et M. *senatui*. Ultimum *et* non legitur in A. — Pessime corruptum hunc locum ita exhibent edd. *Amabile quidem esse, et uni soli melius, sed divinius genti et civitati*, ad quam lectionem, licet nihil adnotaverit vir humanissimus cui codicis Feliniani collationem debeo, tamen eam in libro, caeterum bonae notae haberi, vix inducor ut credam.

[13] Edd. post *Dei est* cum Ficino inserunt *cognoscibile;* sed obstat unanimis codd. consensus

[15] Ita F. H. L. M. P. V. licet varient in ordine verborum (F. P. *jud. et. sunt* D. — V. *et. sunt D. jud.*) — A. *enim jud. sunt Dei* — Edd. *autem sunt Dei judicia*
H. *si humana* — Edd. *humana ratio, etsi*

[16] F. *attingere*

[11] ARISTOTELIS Politica (?). [11] Ejusd. Ethica Nicom. I. 1. (Transl. ant.) „Amabile quidem enim et uni soli, melius vero et divinius genti et civitatibus.“

fidei eorum quae in sacris literis nobis dicta sunt; sicut ad hoc: Quod nemo, quantumcumque moralibus et intellectualibus virtutibus, et secundum habitum et secundum operationem, perfectus, absque fide salvari potest, dato, quod nunquam aliquid de Christo audiverit; nam hoc ratio humana per se justum intueri non potest, fide tamen adjuta potest. Scriptum est enim ad Hebraeos: „Impossibile est sine fide placere Deo.“ Et in Levitico: „Homo quilibet de domo Israel, qui occiderit bovem, aut ovem, aut capram in castris vel extra castra, et non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit.“ Ostium tabernaculi Christum figurat, qui est ostium conclavis aeterni, ut ex Evangelio elici potest: occisio animalium, operationes humanas.

[1] F. *cum auctoritate fidei et eorum*, auctoritate Ficini ni fallor moti, sed reprobantibus libris manu exaratis et edd. antiquis, habent Turrius et Fratic.
F. H. L. V. *sanctis literis*

[5] F. L. M. *nam hec*

[7] F. P. *Et etiam Levitice* — L. M. *Etiam Levitico*

[9] *oblat. Dom. sangu. reus erit. Ostium tabern.* abest a F. P.

[6] Cf. quae de eadem quaestione disputat Auctor in Parad. XIX. 70.

. . . Tu dicevi: Un uom nasce alla riva
Dell' Indo, e quivi non è chi ragioni
Di Cristo, nè chi legga, nè chi scriva;

E tutti i suoi voleri ed atti buoni
Sono, quanto ragione umana vede,
Senza peccato in vita o in sermoni.

More non battezzato e senza fede;
Ov' è questa giustizia che il condanna?
Ov' è la colpa sua, se ei non crede? —

Or tu chi sei, che vuoi sedere a scranna,
Per giudicar da lungi mille miglia,
Con la veduta corta d'una spanna?

Certo a colui che meco s' assottiglia,
Se la scrittura sopra voi non fosse,
Da dubitar sarebbe a meraviglia.

[7] III. Moys. 17. v. 3, 4. [11] Evang. Iohann. 10. v. 7, 9. [12] „Nos moraliter offerimus vitulum, quum carnis superbiam vincimus; agnum, quum irrationales motus corrigimus; haedum, quum lasciviam superamus; columbam, dum simplices sumus; turturem, dum castitatem servamus; panes azymos, quum non in fermento malitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis epulamur.“ (Isidorus.)

Occultum vero est judicium Dei, ad quod humana ratio, nec lege naturae, nec lege scripturae, sed de gratia speciali quandoque pertingit, quod fit pluribus modis: quandoque simplici revelatione, quandoque revelatione disceptatione quadam mediante. Simplici revelatione dupliciter: aut sponte Dei, aut oratione impetrante. Sponte Dei dupliciter: aut expresse, aut per signum. Expresse, sicut revelatum fuit judicium Samueli contra Saulem; per signum, sicut Pharaoni revelatum fuit per signa, quod Deus judicaverat de liberatione filiorum Israel. Oratione impetrante, quod sciebat, qui dicebat secundo Paralipomenon: „Quum ignoramus quid agere debeamus hoc solum habemus residui, quod oculos nostros ad Te dirigamus."

Disceptatione vero mediante dupliciter: aut sorte, aut certamine. Certare etenim, ab eo quod est certum facere, dictum est. Sorte quidem Dei judicium quandoque revelatur hominibus, ut patet in substitutione Matthiae in Actibus Apostolorum.

Certamine vero dupliciter Dei judicium aperitur: vel ex collisione virium, sicut fit per duellum pugilum, qui duelliones etiam vocantur; vel ex contentione plurium ad aliquod signum praeva-

[2] Ita consentiente Ficino omnes (Codex M. omittit *quod* et *de*) — Editi: *ab humana ratione, quae nec lege naturae, nec lege scripta ad eum pertingit, sed de gratia*

[3] M. *contingit*

[8] Edd. *fuit per signum* — Nobiscum faciunt codd. et Ficinus.

[9] Numerum singularem, codd. A. et M. sequuti, restituimus, quum verba ex Paralipomenis relata sint unius Josaphat. — Caeteri et edd. exhibent *quod sciebant, qui dicebant*

Citatio textus biblici exstat in omnibus praeter L. et V., sed deest in edd.

[11] V. *residuum*

Ita in omnibus praeter P. in quo est lacuna. — Edd. *ut ad te oculos dirigamus*

[13] L. — P. *Certate et tamen* — A. H. V. *Certare etiam* — F. M. et edd. *Certare enim*

[14] A. F. H. P. V. — Reliqui et edd. *Sorte siquidem*

Edd. *quandoque Dei judicium*

[15] V. *quod patet*

A. P. *Mathei*

[16] A. H. L. M. V. *ex collectione*

[17] P. *qui perduelliones*

[7] I. Samuel. (Cathol. Regum) cap. 15. [9] II. Mors. cap. 7. sq. [10] II. Chron. (Cathol. Paralipom.) 20. v. 12. [15] Actus 1. v. 26.

lere conantium, sicut fit per pugnam athletarum currentium ad bravium. Primus horum modorum apud Gentiles figuratus fuit in illo duello Herculis et Antaei, cujus Lucanus meminit in quarto Pharsaliae, et Ovidius in nono de rerum transmutatione. Secundus figuratur apud eosdem in Atalanta et Hippomene, in decimo de rerum transmutatione.

Similiter et latere non debet, quoniam in his duobus decertandi generibus ita se habet res, ut in altero sine injuria decertantes impedire se possint, puta duelliones, in altero vero non; non enim athletae impedimento in alterutrum uti debent. Quamvis Poeta noster aliter sensisse videatur in quinto, quum fecit remunerari Euryalum. Propter quod melius Tullius in tertiis Officiis hoc prohibuit, sententiam Chrysippi sequens; ait enim sic: „Scite Chrysippus, ut multa: Qui stadium (inquit) currit, eniti et contendere debet, quam maxime possit, ut vincat; supplantare autem eum, quicum certet, nullo modo debet.“

His itaque in Capitulo distinctis, duas rationes efficaces ad propositum accipere possumus; scilicet a disceptatione athletarum unam, et a disceptatione pugilum alteram: quas quidem prosequar in sequentibus et immediatis Capitulis.

[2] Edd. *Primus istorum*
[4] A. *transformatione*
[6] H *transformatione* — Z. *de rerum terminis* — Edd. *in decimo ejusdem*
[7] *Similiter* in P. conjungitur cum periodo praecedente
[9] M. et edd. *in altero autem*
[11] Edd. *aliter sentire*
A. F. L. M. *videtur*
[12] F. L. P. V. — H. *in suis Officiis* — Reliqui et edd. *in tertio de Officiis*
[13] H. L. M. P. V. *Te Chrysippus* — A. F. *Te Crispus*
[14] F. M. *currenti cont.* — L. *etiam cont.* — H. (omisso etiam *currit*) *tunc cont.*
H. post *debet* inserit *viribus suis*
[15] F. et edd. (cum ipso Cicerone) retinent *autem*, quod abest a reliquis.
H. L. *qui concertet*
[17] Edd. *in Capitulo hoc*
[18] Omnes praeter A. *una* et *altera*

[4] Lucani Phars. IV. 593. —, Ovid. Metamorphos. IX. 183. [5] Ibidem X. 569.
[7] „quoniam“ more medii aevi pro „quod“ usurpatum. [11] Virgil. Aeneis V. 337 sq. [12] Cicero de Officiis III. 10. (42)

[CAPUT IX.]

Ille igitur populus, qui cunctis athletizantibus pro imperio mundi praevaluit, de divino judicio praevaluit. Nam quum diremtio universalis litigii magis Deo sit curae, quam diremtio particularis, et in
5 particularibus litigiis quibusdam per athletas divinum judicium postulatur, juxta tritum proverbium: Cui Deus concedit, benedicat et Petrus; nullum dubium est, quin praevalentia in athletis pro Imperio mundi certantibus Dei judicium sit sequuta. Romanus populus, cunctis athletizantibus pro Imperio mundi, praevaluit: quod erit manifestum, si
10 considerentur athletae, si consideretur et bravium sive meta. Bravium sive meta fuit, omnibus praeesse mortalibus; hoc enim imperium dicimus. Sed hoc nulli contigit, nisi Romano populo: hic non modo primus, quin etiam solus attigit metam certaminis, ut statim patebit.

15 Primus namque in mortalibus, qui ad hoc bravium anhelavit, Ninus fuit, Assyriorum rex; qui, quamvis cum consorte thori Semiramide per nonaginta et plures annos (ut Orosius refert) Imperium mundi armis tentaverit, et Asiam totam sibi subegerit, non tamen occidentales mundi partes eis unquam subiectae fuerunt. Horum

Cap. IX. [2] F. *Ille ergo pop.* — P. *Ille pop.*
[3] *directio* habent omnes codd.
[4] A. *direptio* — reliqui etiam hic *directio*
[5] A. L. *postulamus* — M. *postulemus*
[6] Edd. *juxta jam tritum*
[7] H. *nulli dubium*
[9] P. *quod erit maximum*
[10] Inter *athletae* et *si consid.* conjunctionem, quam sensus quodammodo desiderare videtur, inserit Fratic. Sed sufficit alterum *et* inter *consid.* et *bravium*, quod (a Ven. in *etiam* mutatum) abest a F. et H.
[12] A. H. P. V. *contingit* — F. *convenit*
[13] Edd. *quin et solus*
Edd. *qui attigit* — A. F. H. *attingit* V. *contigit* — P. omittit verbum
[15] Ita omnes (ab uno M. abest *in*) — Edd. *inter mortales*
[17] Edd. *annos et plures*
A. *ut Servius refert*
[18] Edd. *totam Asiam*

[17] OROSIUS Histor. I. 4.

amborum Ovidius memoriam facit in quarto, ubi dicit in Pyramo:

Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem;

et infra:

Conveniant ad busta Nini, lateantque sub umbra. 5

Secundus, Vesoges, rex Aegypti, ad hoc bravium spiravit: et quamvis Meridiem atque Septentrionem in Asia exagitaverit, ut Orosius memorat, nunquam tamen dimidiam partem orbis obtinuit; quinimo a Scythis, inter quasi athlotetas et terminum, ab incoepto suo temerario est aversus. 10

Deinde Cyrus rex Persarum tentavit hoc, qui, Babylone destructa, imperioque Babylonis ad Persas translato, nec adhuc partes occidentales expertus, sub Tamiride regina Scytharum vitam simul et intentionem deposuit.

Post hos vero Xerxes, Darii filius et rex in Persis, cum tanta 15 gentium multitudine mundum invasit, cum tanta potentia, ut transitum maris, Asiam ab Europa dirimentis, inter Seston et Abydon,

[1] A. H. V. *memoriam fecit*

[6] P. *Vesozes* — M. *Vesoses* — A. *Vesotes* — L. *Veloces* — H. *Swesortes* — F. V. *Xerses* — Etiam in Orosii et Justini (II. 3.) codd. variat nominis scriptura. P. *brav. aspiravit*

[7] P. pro *exagitaverit* habet *ex Egipto venit*

[8] M. *partem mundi*

[9] Verba *inter quasi* — *terminum*, quae non habentur in editt., auctoris esse, nequit dubitari, quum, plus minusve corrupta, in omnibus legantur. Exstant qualia in textu exhibentur in F. P. et V. — Pro *quasi* A. habet *quos*, H. *que*, — Pro *athlotetas*, V. *athletatas*, L. et M. *atholotas*, A. *atheletas*, et pro *terminum* L. *terimnum*. — Auctorem id significare voluisse puto, quod Vesoges (vel Vexoris) ad ultimam jam fere metam, inter judices certaminis et ipsum terminum, pervenerit quum a Scythis superaretur. Unde vero vocem *athlotetas* (an ἀθλοτίτας?) graecam originem simulantem, non exhibentem, hauserit, nescio.

[11] Edd. *Persarum rex*
F. *tractavit hoc*

[12] Edd. *nec quidem adhuc*

[13] *Tomiride* quod habent edd. legitur in uno V. — *Tamiride* exhibent F. M. V. — *Thamiride* (cum Valerio Maximo IX. 10. ext. 1.) A. P. — *Thameride* L. — *Tamiri* Auctor noster in Purg. XII. 56.

[14] H L. M. V. — A. *vitam simul et intentione* — P. *vita sim. et intentione* — F. et edd. *vitam simul cum intentione*

[16] *transitus maris* habent omnes codd.

[1] Ovid. Metamorph. IV. 58. [4] Ibidem v. 88. [8] Orosius Histor. I. 14.

ponte superaverit. Cujus operis admirabilis Lucanus in secundo Pharsaliae memor fuit. Canit enim ibi sic:

Talis fama canit tumidum super aequora Xerxem
Construxisse vias;

5 et tandem miserabiliter ab incoepto repulsus, ad bravium pervenire non potuit.

Praeter istos, et post, Alexander rex Macedo maxime omnium ad palmam Monarchiae propinquans, dum per Legatos ad deditionem Romanos praemoneret, apud Aegyptum, ante Romanorum responsio-
10 nem, ut Livius narrat, in medio quasi cursu collapsus est. De cujus etiam sepultura ibidem existente Lucanus, in octavo, invehens in Ptolemaeum regem Aegypti, testimonium reddit dicens:

Ultima Lageae stirpis perituraque proles
Degener, incestae sceptris cessure sorori,
15 Quum tibi sacrato Macedo servetur in antro.

[1] L. *pontem sup.*
P. V. *superavit*
P. *opus admirabile* — V. *operis admirabiliter*
[2] A. H. L. P. — V. *fuit memor* — F. et edd. *meminit*
L. P. — A. *enim ibi sicut* — F. H. M. V. *enim sic*
[3] H. *Talem* — F. et edd. *Tales*
Impressa Lucani exemplaria habent *aequ. Persen*
[7] H. *rex Macedonum.* — A. *rex Macedon*
[9] A. H. L. P. — V. *praemoneretur* — F. M. et editt. *praemonet*
A. H. L. M. P. V. et Ficinus — F. et edd. pessime *ante Romanorum rationem*
[12] V. *Ptholomaeum*
[14] Omnes, tam manu exarati, quam typis expressi pro *sorori*, quod est in Lucano, exhibent *sororis*

[2] LUCAN. Pharsal. II. 672. [10] Tales fabulas ut tradat tantum abest LIVIUS, ut potius (IX. cap. 18 Nr. 6.) Alexandri nomen Romanis coaevis ne fama quidem notum fuisse arbitretur. Graeci quidem, CLITARCHUM sequuti, legatos Romanorum Alexandrum tunc Babylone morantem adiisse ferunt; sed, si NIEBUHRIUM (Hist. Rom. III. 194.) exceperis, nostri temporis auctores tantum non omnes, neque hanc narrationem fide dignam existimant. Longe aliter quae sub mentito CALLISTHENIS nomine circumferuntur recentioris aevi scripta, JULIUSque VALERIUS eorum pedissequus rem expediunt, quibus si credideris, Alexandrum jam ante Indicam expeditionem cum exercitu in Italiam trajecisse, et a Romanis summo honore exceptum, eos in fidem suam recepisse, dices. Sed et haec ab auctoris nostri narratione magnopere distant. Tam hoc ex loco igitur, quam ex illo Inferni (XIV. 31.) statuendum erit, Dantem fabulis circa res ab Alexandro gestas nostratibus incognitis usum esse. [11] LUCAN. Pharsal. VIII. 692.

„O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei,“ quis hic te non obstupescere poterit? Nam conantem Alexandrum praepedire in cursu coathletam Romanum, tu, ne sua temeritas prodiret ulterius, de certamine rapuisti.

Sed quod Roma palmam tanti bravii sit adepta, multis comprobatur testimoniis; ait enim Poeta noster in primo:

Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,
Hinc fore ductores, revocato a sanguine Teucri
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

Et Lucanus in primo:

Dividitur ferro regnum, populique potentis
Quae mare, quae terras, quae totum possidet orbem,
Non cepit fortuna duos.

Et Boethius in secundo, quum de Romanorum principe loqueretur, sic inquit:

Hic tamen sceptro populos regebat,
Quos videt condens radios sub undas
Phoebus extremo veniens ab ortu,
Quos premunt septem gelidi triones,
Quos notus sicco violentus aestu
Torret, ardentes recoquens arenas.

Hoc etiam testimonium perhibet scriba Christi Lucas, qui omnia vera dicit, etiam in illa parte sui eloquii: „Exivit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis.“ In quibus verbis universalem mundi jurisdictionem tunc Romanorum fuisse, aperte intelligere possumus.

[1] *divitiarum.* quod habent omnes, abest a Ficino et ab edd.
A. F. M. P. V. *scientiae et sapientiae*
[3] F. P. *cursu quo athletam*
[5] A. M. *testimoniis comprobatur* — Edd. *approbatur testim.*
[12] Pessimum editorum errorem *Qui mare, qui terras, qui totum* rell. legentium, unus probat F.
[23] A. H. M. P. — Reliqui et edd. *etiam illa*

[1] Pauli Epist. ad Roman. 2. v. 33. [6] Virgil. Aeneis I. 234. [10] Lucan. Pharsal. I. 109. [13] Boethius De consolat. philos. II. Metr. 6. [22] Evang. Lucae 2. v. 1.

Ex quibus omnibus manifestum est, quod Romanus populus cunctis athletizantibus pro Imperio mundi praevaluit: ergo de divino judicio praevaluit, et per consequens de divino judicio obtinuit, quod est de jure obtinuisse.

5 [CAPUT X.]

Et quod per duellum adquiritur, de jure adquiritur. Nam ubicunque humanum judicium deficit, vel ignorantiae tenebris involutum, vel propter praesidium judicis non habere; ne justitia derelicta remaneat, recurrendum est ad Illum, qui tantum eam dilexit, ut quod ipsa 10 exigebat, de proprio sanguine ipse moriendo supplevit. Unde Psalmus: „Justus Dominus et justitias dilexit.“ Hoc autem fit, quum de libero adsensu partium, non odio, sed amore justitiae, per virium tam animi quam corporis mutuam collisionem, divinum judicium postulatur. Quam quidem collisionem, quia primitus unius ad unum fuit 15 ipsa inventa, duellum appellamus.

Sed semper cavendum est, ut, quemadmodum in rebus bellicis prius omnia tentanda sunt per disceptationem quamdam, et ultimum per praelium dimicandum est, ut Tullius et Vegetius concorditer praecipiunt, hic in Re militari, ille vero in Officiis; et quemadmo-

[2] M. *ergo divino judicio*

Cap X. [8] H. *judicis, quod haberi nequit, justitia*

V. *justitia non maneat derel.*

[10] A. H. L. V. — P. *sanguine suo mor.* — F. M. et editt. *sanguine moriendo*

A. *Unde fatur Psalmista*

[11] Copulam, quae habetur in textu sacro et in omnibus codd. manuscriptis, praeter Ambr., omittunt editt. — A. M. *justitiam*

[13] M. *diurnum jud.* — F. *divin. auxilium*

[17] F. *omnia tractanda*

M. *et ultimo*

[18] In V. deest *per*, in P. deest *per proelium*

[6] Cf. ENGELBERTUM ADMONTENSEM De ortu et fine Rom imp. cap. 11: „Regnum Romanorum ab initio et deinceps triplici justitia adeptum est dominium et imperium aliorum regnorum sibi subjectorum: Primo per justitiam bellicam; quia illa regna, quae justo bello devicta sibi subjecit, juste sub ipsius imperio et dominio permanserunt.“

[10] Psalm 11. (Cathol. 10.) v. 7.

[19] VEGETIUS De re milit. Prologus libri III (?).

[19] CICERO De officiis I. 12. (38.)

dum in cura medicinali ante ferrum et ignem omnia experienda sunt, et ad hoc ultimo recurrendum; sic omnibus viis investigatis pro judicio de lite habendo, ad hoc remedium ultimo, quadam justitiae necessitate coacti recurramus.

Duo igitur formalia duelli apparent: unum hoc, quod nunc dictum est; aliud, quod superius tangebatur: scilicet, ut non odio, non amore, sed solo zelo justitiae, de communi adsensu agonistae seu duelliones palaestram ingrediantur. Et propter hoc bene Tullius, quum de hac materia tangeret; inquiebat enim: „Sed bella, quibus Imperii corona proposita est, minus acerbe gerenda sunt.“

Quod si formalia duelli servata sunt (aliter enim duellum non esset), justitiae necessitate de communi adsensu congregati propter zelum justitiae, nonne in nomine Dei congregati sunt? Et si sic, nonne Deus in medio illorum est, quum, ipse in Evangelio nobis hoc promittat? Et si Deus adest, nonne nefas est, arbitrari, justitiam succumbere posse? quam ipse in tantum diligit, quantum superius praenotatur. Et si justitia in duello succumbere nequit, nonne de jure acquiritur, quod per duellum acquiritur?

Hanc veritatem etiam Gentiles ante tubam Evangelicam cognoscebant, quum judicium a fortuna duelli quaerebant. Unde bene Pyr-

[1] P. *omnia tentanda*
[2] A. L. P. — H. *ad hujusmodi* — Reliqui et edd. *ad haec*
A. H. M. P. V. — F. L. et edd. *omn. viis prius invest.*
[3] A. H. L. M. V. — F. P. et edd. *remedium ultimum*
[5] F. *Duo ergo*
[7] A. H. L. M. P. — F. et libri impr.. *justitiae zelo.* — In V. est lacuna.
[9] Fraticell., vitio typothetae, nisi fallor, omittit *hac*
[11] A. F. L. P. V. et edd. antiqu. — H. M. et Turrius cum Fratic. *servanda*
[12] L. *duellum non erit*
[13] F. P. *nonne et nomine*
[15] F. H. L. M. — P. *habitari justit.* — A. V. *habendo justit.*
[16] A. *quam ille*
[17] Edd. antiqu. *in bello succumb.*
Inde a verbis *succumbere nequit* usque ad verba *sub edicto Romanae auctoritatis* circa finem capituli duodecimi (p. 41.) est lacuna in cod. Palatino.
[19] A. H. M. V. — F. L. et edd. *agnoscebant*
[20] Edd. antt. *ad fortunam*

[14] Evang. Matthaei 18. v. 20.

rhus ille tam moribus Aeacidarum, quam sanguine generosus, quum Legati Romanorum pro redimendis captivis ad illum missi fuerunt, respondit:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis;
Non cauponantes bellum, sed belligerantes:
Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.
Vosne velit, an me, regnare Hera, quidve ferat sors,
Virtute experiamur. Et hoc simul accipe dictum:
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum est,
Dono ducite.

Haec Pyrrhus. Heram vocabat fortunam, quam causam melius et rectius nos divinam providentiam appellamus. Unde caveant pugiles, ne pretio constituant sibi causam: quia non tunc duellum, sed forum sanguinis et iniustitiae dicendum esset, nec tunc arbiter Deus adesse credatur, sed ille antiquus hostis, qui litigii fuerat persuasor. Habeant semper, si duelliones esse volunt, non sanguinis et injustitiae mercatores, in ostio palaestrae ante oculos Pyrrhum, qui pro imperio decertando sic aurum despiciebat, ut dictum est.

Quod si contra veritatem ostensam de imparitate virium instetur, ut adsolet, per victoriam David de Golia obtentam instantia refella-

[4] Inter *Nec* et *mi* A. H. L. M. V. inserunt *inquit*.
[8] M. et edd. recentt. pessime *experiamus* Verba *Et hoc simul accipe dictum absunt* a codd. A. H. L. V.
[10] A. H. L. V. cum textu Ciceronis — F. M. et editt. *Horundem*
[11] Ultimam versus partem, *(doque volentibu' cum magnis Dis)* quam ex libro de Officiis suppleverunt editt. neque codd. habent, neque Ficinus.
[12] F. H. L. V. *Hic Pyrrh.* — A. *Hoc Pyrrh.*
[12] F. M. *vocabant*
[13] Edd. ant. *caveant pupiles*
[14] A. H. L. M. V. *pretium constituant*
[15] A. H. V. *sanguinis et justitiae* — L. *sanguinis et justius*
[17] A. H. L. V. *non sanguine et justitiae* — M. et edd. antiqu. *non sanguinis et justitiae*
[21] A. H. V. — F. L. M. et edd. recentt. *de Goliath*
F. *instantia repellatur*

[12] Sunt versus Ennii, quos refert Cicero l. c.

[21] I. Samuel. (Cathol. I. Regum) cap. 17.

tur. Et si Gentiles aliud peterent, refellant ipsam per victoriam Herculis in Antaeum. Stultum enim est valde, vires, quas Deus confortat, inferiores pugile suspicari.

Jam satis manifestum est, quod per duellum adquiritur, de jure adquiri. 5

[CAPUT XI.]

Sed Romanus populus per duellum adquisivit imperium; quod fide dignis testimoniis comprobatur: in quibus manifestandis non solum hoc apparebit, sed etiam quidquid a primordialibus imperii Romani dijudicandum erat, per duellum esse discussum. 10

Nam de primo, quum de sede patris Aeneae, qui primus pater hujus populi fuit, verteretur litigium, Turno Rutulorum rege contra stante, de communi amborum regum adsensu, ad ultimum, propter divinum beneplacitum inquirendum, inter se solum dimicatum est, ut in ultimis Aeneidos canitur. In quo quidem agone tanta victoris 15 Aeneae clementia fuit, ut nisi balteus, quem Turnus Pallanti a se occiso detraxerat, patuisset, victo victor simul vitam condonasset, et pacem, ut ultima carmina nostri Poetae testantur.

Quumque duo populi ex ipsa Trojana radice in Italia germinassent, Romanus videlicet populus, et Albanus, atque de signo aquilae 20 deque penatibus diis Trojanorum, atque dignitate principandi longo tempore inter se disceptatum esset; ad ultimum, de communi adsensu

[1] A. F. H. L. M. *aliquid pet.* A. *ipsos* — M. *ipsum*
[3] M. *infer. pugiles* — Edd. *infer. in pugile*
[4] F. *de jure acquiritur*
Cap. XI. [7] Novi capitis initium hic merito statuunt A. et V. — Reliqui non distinguunt.
[8] F. et edd. *testim. comprobatur*
[9] Edd. *sed et quicquid*
[10] M. *dimicandum erat*
[12] H. *rege contestante*
[17] H. *occiso deterserat*
[20] F. et edd. *Romanus scilicet populus* abest a H. M. V.
[21] A. F. H. L. M. V. *penatibus aliis*
[22] A. H. L. M. — F. V. *ad ultimum communi*

[15] Virgil. Aeneis XII. 942.

partium, propter instantiam cognoscendam, per tres Horatios fratres hinc, et per totidem Curiatios fratres inde, in conspectu regum et populorum altrinsecus expectantium decertatum est; ubi tribus pugilibus Albanorum peremtis, Romanorum duobus, palma vi-
5 ctoriae sub Hostilio rege cessit Romanis. Et hoc diligenter Livius in prima parte contexit, cui Orosius etiam contestatur.

Deinde cum finitimis, omni jure belli servato, cum Sabinis, cum Samnitibus, licet in multitudine disceptantium, sub forma tamen duelli, de Imperio decertatum fuisse, Livius narrat; in quo quidem
10 modo decertandi cum Samnitibus, fere Fortunam (ut dicam) incoepti poenituit. Et hoc Lucanus in secundo ad exemplum reducit sic:

Aut Collina tulit stratas quot porta catervas,
Tunc quum paene caput mundi rerumque potestas
Mutavit translata locum, Romanaque Samnis
15 Ultra Caudinas superavit vulnera furcas.

Postquam vero Italorum litigia sedata fuerunt, et cum Graecis, cumque Poenis nondum pro divino judicio certatum esset, ad imperium intendentibus illis et istis, Fabricio pro Romanis, Pyrrho pro Graecis, de imperii gloria in militiae multitudine decertantibus, Roma
20 obtinuit. Scipione vero pro Italis, Hannibale pro Africanis in

[1] F. V. *propter justitiam cogn.*
[2] *hinc.* quod habent omnes praeter cod. F., omittunt edd. — Integrum locum ita mire corrumpit M.: *per tres Oratores Phriges hinc et per totidem Trojanos Croatios* pro *Curiatios* exhibent H. V., socium erroris habentes IACOPUM LANAEUM Div. Comoediae commentatorem (ad Parad. VI. 39.)
inde omittunt M. V.
[3] *alteri secus* habent codd. praeter F.
[5] H. *Hostilio rege tunc Romanorum*
[6] A. H. L. V. *cujus Orosius*
[7] Fraticell., unus omnium, *et cum Sab. et cum Samn.*
[8] H. *hic in multitud.* — A. V. *hoc in multit.* — M. *hoc non mult.*
H. L. M. *decertantium* — V. *detemtantium*
[9] H. L. V. et edd. praeter Fratic. *de Imp. decretum*
[11] Edd. *sic reducit*
[12] H. *strata* — M. *stratat* — L. *stravat*
[15] A. L. M. V. *speravit*
[17] H. *certatum erat*
A. et edd. *id imperium*
[18] A. *tendentibus* — H. L. M. *incedentibus* — V. *incidentibus*
A. H. L. V. *illis et illis*
[20] A. *Italicis*

[5] LIVIUS I. 24, 25. [6] OROSIUS Histor. II. 4. [11] LUCANUS Pharsal. II. 135.

forma duelli bellum gerentibus, Italis Afri succubuerunt; sicut Livius et alii rei Romanae scriptores testificari conantur.

Quis igitur adeo mentis obtusae nunc est, qui non videat, sub jure duelli gloriosum populum coronam Orbis totius esse lucratum? Vere dicere potuit homo Romanus, quod quidem Apostolus ad Timotheum: „Reposita est mihi corona justitiae:“ reposita, scilicet, in Dei providentia aeterna. Videant nunc Juristae praesumptuosi, quantum infra sint ab illa specula rationis, unde humana mens haec principia speculatur, et sileant, secundum sensum legis consilium et judicium exhibere contenti.

Et jam manifestum est, quod Romanus populus per duellum adquisivit imperium: ergo de jure adquisivit; quod est principale propositum in libro praesenti.

Usque adhuc patet propositum per rationes quae plurimum rationalibus principiis innituntur; sed ex nunc ex principiis fidei christianae iterum patefaciendum est.

[Caput XII.]

Maxime enim fremuerunt, et inania meditati sunt in Romanum principatum, qui zelatores fidei christianae se dicunt; nec miseret eos

[1] V. *Africani* — H. *Africi*
Edd. *Livius et omnes*
[2] A. F. V. et edd. *Romanae rei*
[3] H. *Quis ergo*
Edd. *nunc adeo mentis obtusae est* — F. *adeo ment. obt. non est*
[4] M. et edd. *totius orbis*
[5] M. et edd. *potuit dicere*
A. et edd. *vir Romanus*
F. et edd. omittunt *quidem*
[8] A H. L. M. V. et Ficinus *ab illo speculo*
[9] *sensum* abest ab H. — A. *secund. sensum legis sensum* — F. et Z. *secundum legis auxilium consilium*
[11] Edd. *per duell. Rom. pop.*
[14] F. et edd. *Hucusque patet*
[15] A. H. *rationabilibus*
Z. *sed externis ex princ.* — Edd. *sed deinceps ex pr.*
F. *de fide christiana*
Cap. XII. [18] Novum caput hic ordiendum esse docent A. et V.
M. *Romanum principem*
[19] Ed. Ginevrina et quae eam sequutae *nec misere.* Pejus etiam Turrius et Fratic. *nec miserere*

[5] Paulus Ep. II. ad. Timoth. 4. v. 8.

[19] Clerici aliique partis Guelphae sectatores, quos Auctor in Purgatorio VI. 91. dicit

gente che dovrebbe esser devota.

pauperum Christi, quibus non solum defraudatio fit in ecclesiarum proventibus; quinimo patrimonia ipsa quotidie rapiuntur, et depauperatur Ecclesia, dum simulando justitiam, exequutorem justitiae non admittunt.

5 Nec jam depauperatio talis absque Dei judicio fit, quum nec pauperibus, quorum patrimonia sunt Ecclesiae facultates, inde subveniatur, neque ab offerente Imperio cum gratitudine teneantur. Redeant, unde venerunt: venerunt bene, redeunt male, quia bene data, et male possessa sunt. Quid ad pastores tales? Quid, si Ecclesiae 10 substantia diffluit, dum proprietates propinquorum suorum exaugeantur? Sed forsan melius est, propositum prosequi, et, sub pio silentio Salvatoris nostri expectare succursum.

Dico ergo, quod si Romanum imperium de jure non fuit, Christus nascendo praesumpsit injustum. Consequens est falsum, ergo 15 contradictorium antecedentis est verum. Inferunt enim se contradictoria invicem a contrario sensu.

[5] A. H. L. M. — F. V. et edd. *pauperatio*
[7] F. H. Ficinus et edd. Turrii et Fratic. — A. M. V. et edd. ant. *Redeunt unde* — L. *Reddunt unde*
[8] Hic in omnibus libris Mstis legitur indicativus (*redeunt male*) — Turr. Frat. cum Ficino *redeant male* — V. *et redeunt male*
[10] A. H. L. V. *defluit* H. *dummodo*
[14] Ita A. H. L. M. et Ficinus — Edd. antiqu. *injustum; et cons.* — F. Turr. et Frat. *inj.; at cons.*
[16] H. M. *invicem contrario*

[6] Similiter in Paradiso XII. 93. decimas pauperum Dei esse dicit AUCTOR. [8] „Venerunt bene." Bonam Constantini intentionem etiam in Parad. XX. 55. AUCTOR noster agnoscit:

L'altro che segue, con le leggi e meco.
Sotto buona intenzion che fe' mal frutto.
Per cedere al pastor, si fece Greco.
Ora conosce come il mal, dedutto
Dal suo bene operar, non gli è nocivo,
Avvegna che sia il mondo indi distrutto.

Cf. Infernum XIX. 115. [10] Vide Paradisum AUCTORIS XXII. 82.

. . . . *quantunque la chiesa guarda, tutto*
È della gente che per Dio domanda;
Non di parenti, nè d'altro più brutto.

Falsitatem consequentis ad fideles ostendere non oportet: nam si fidelis quis est, falsum hoc esse concedit; et si non concedit, fidelis non est, et si fidelis non est, ad eum ratio ista non quaeritur.

Consequentiam sic ostendo: Quicunque aliquod edictum ex electione prosequitur, illud esse justum opere persuadet: et quum opera persuadentiora sint quam sermones (ut Philosopho placet in ultimis ad Nicomachum), magis persuadet, quam si sermone approbaret. Sed Christus, ut scriba ejus Lucas testatur, sub edicto Romanae auctoritatis nasci voluit de Virgine Matre, ut in illa singulari generis humani descriptione Filius Dei, homo factus, homo conscriberetur; quod fuit illud prosequi. Et forte sanctius est arbitrari, divinitus illud exivisse per Caesarem; ut qui tanta tempora fuerit exspectatus in societate mortalium, cum mortalibus ipse se consignaret.

Ergo Christus, Augusti, Romanorum auctoritate fungentis, edictum fore justum, opere persuasit. Et quum a juste edicere, jurisdictio sequatur; necesse est, ut qui justum edictum persuasit, jurisdictionem etiam persuaserit, quae si de jure non erat, injusta erat.

Et notandum, quod argumentum sumptum ad destructionem con-

[3] Verba *et si fidelis non est*, quae leguntur in A. F. H. L. et apud Ficinum, desunt in M. V. et edd.
Pro *ad eum* edd. habent *sed ab eo*

[4] F. M. V. *Consequentia*

[6] A. H. L. V. — M. *opere persuadentiora quam* — F. et Edd. *opera magis suadeant quam*

[8] Edd. *ejus scriba*

[9] Turrius et Fratic. communi sphalmate *ut illa*

[10] A. P. *disceptione*

[10] Primum *homo*, quod inter codd. unus omittit M., abest ab omnibus impressis.

[12] Edd. *tempora tanta*
F. L. M. et edd. *fuerat exspect.*

[14] A. H. *fungente* — L. P. *fingentis* — M. *facientis*

[15] A. H. V. *ad juste*

[16] F. et edd. *illud edictum* — Cum reliquis codd. facit etiam Ficinus.

[17] H. *quae si omnino*

[18] H. L. P. *Et nota*

[7] Aristoteles Ethic. Nicomach. X. 1. (transl. ant.) „Convenientes enim entes operibus creduntur" (sermones). Thomas Aquinas ibi: „Circa actiones et passiones humanas minus creditur sermonibus quam operibus." Cf. supra lib. I. cap. 13. p. 23. [8] Evang. Lucae 2. v. 1. [12]

. . . la molti anni lagrimata pace

dicit Auctor in Purgat. X. 35. Cf. Parad. XXVI. 119.

equentis, licet de sua forma per aliquem locum teneat, tamen vim suam per secundam figuram ostendit, si reducatur, sicut argumentum a positione antecedentis per primam. Reducitur enim sic: Omne injustum persuadetur injuste: Christus non persuasit injuste: ergo non persuasit injustum. A positione antecedentis sic: Omne injustum persuadetur injuste: Christus persuasit quoddam injustum: ergo persuasit injuste.

[caput xiii. (xi.)]

Et si Romanum imperium de jure non fuit, peccatum Adae in Christo non fuit punitum: hoc autem est falsum; ergo contradictorium ejus, ex quo sequitur, est verum. Falsitas consequentis apparet sic. Quum enim per peccatum Adae omnes peccatores essemus, dicente Apostolo: „Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, et per peccatum mors; ita in omnes homines mors, ex quo omnes peccaverunt;“ si de illo peccato non fuisset satisfactum per mortem Christi, adhuc essemus filii irae natura, natura scilicet depravata. Sed hoc non est, quum dicat Apostolus ad Ephesios, loquens de Patre: „Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum, in ipsum, secundum propositum voluntatis suae, in laudem et gloriam gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo, in quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gloriae suae, quae superabundavit in nobis.“ Quum etiam

3 H. L. M. V. — P. in textu *a propositione*, quod correctum in marg. — A. *a probatione* — Turrius et Fratic. cum cod. F. *in positione*

4 F. *persuad. injustum* et *persuas. injustum*

Cap. XIII. 10 F. et edd. *esset falsum* — L. *est Philosophum*

16 Pro primo *natura* edd. antiqu. habent *naturae* — Cod. M. *nam* — Omnino abest a codd. A. H. L. — Recte legitur in F. P. V. Z.

18 H. — A. *ad operationem* — Reliqui et edd. *adoptione*

22 Turrius et Fratic., textum sacrum, ut videtur, sequuti *divitias gratiae* Edd. *Dum etiam*

2 Vide quae notavimus ad caput undecimum (vulg. 13.) libri primi.

13 Ep

17 Epist. ad Ep

ad Roman. 5. v. 12. Cf. Auctoris Parad. VII. 85.

1. v. 5—8.

Christus ipse, in se punitionem patiens, dicat in Johanne, „Consummatum est;“ nam ubi consummatum est, nihil restat agendum.

Propter convenientiam sciendum, quod punitio non est simpliciter poena injuriam inferentis, sed poena, inflicta injuriam inferenti ab habente jurisdictionem puniendi. Unde, nisi ab ordinario judice poena inflicta sit, punitio non est, sed potius injuria est dicenda. Unde dicebat ille Moysi: „Quis te constituit judicem super nos?“

Si ergo sub ordinario judice Christus passus non fuisset, illa poena punitio non fuisset: et judex ordinarius esse non poterat, nisi supra totum humanum genus jurisdictionem habens, quum totum humanum genus in carne illa Christi portantis dolores nostros (ut ait Propheta), vel sustinentis, puniretur. Et supra totum humanum genus Tiberius Caesar, cujus vicarius erat Pilatus, jurisdictionem non habuisset, nisi Romanum imperium de jure fuisset. Hinc est quod Herodes, quamvis ignorans quid faceret, sicut et Caiphas, quum verum dixit de coelesti decreto, Christum Pilato remisit ad judicandum, ut Lucas in Evangelio suo tradit. Erat enim Herodes non vicem Tiberii gerens sub signo aquilae, vel sub signo Senatus; sed rex, regno singulari ordinatus ab eo, et sub signo regni sibi commissi gubernans.

Desinant igitur imperium exprobrare Romanum, qui se filios Ecclesiae fingunt; quum videant sponsum Christum illud sic in utroque termino suae militiae comprobasse. Et jam sufficienter manifestum

[1] A. H. P. V. — F. L. M. et edd. omittunt vocem *ipse*
H. *in se puniens peccatum, dicat*
[3] L. M. *Propter consequentiam* — Edd. antiq. *Propter convenientia*
[4] A. H. M. V. *inferenti, sed poena*
[7] A. L. M. P. *constituit te*
[10] Z. *jurisdictionem non haberet* — F. *jurisd. haberet*
[11] H. L. M. V. *genus carne illa* — P. *genus carnem illam*
P. *deportantis* — F. *deportanti*
[17] Editt. *suo Evangelio*
F. V. *tradidit.* — Pro *tradit. Erat* L. M. exhibent *tradiderat* — A. vero *tradiderunt*
[21] F. *Desinant ergo*

[2] Evang. Iohannis 19. v. 30. [7] Exodus 2. v. 14. [12] Iesaias 53. v. 4.
[17] Evang. Lucae 23. v. 11.

esse arbitror, Romanum populum sibi de jure orbis Imperium adscivisse.

O felicem populum, o Ausoniam te gloriosam, si vel nunquam infirmator ille imperii tui natus fuisset, vel nunquam sua pia intentio
5 ipsum fefellisset!

[3] Dionysii emendationem pro *te gloriosam. ter gloriosam* proponentis probare nequeo.

[4] Constantinus Magnus.

DANTIS ALLIGHERII FLORENTINI MONARCHIAE
SECUNDUS LIBER EXPLICIT.

Restat ut praemia industriae ab ordinibus academicis decreta, sicut d. XXII. m. Martii hujus anni pronuntiata sunt, promulgentur, et simul certaminis litterarii materies eorundem ordinum auctoritate in proximum annum proponatur.

Summe venerabilis Theologorum Ordo

hanc quaestionem proposuerat:

Dionysii Areopagitae dogmata exponantur, et ostendatur, quae vestigia Neoplatonismi in iis exstent.

Unus tantum ausus est in arenam descendere, cujus commentatio tesseram fert: *κρεῖττον εἶναι θεοῦ καὶ μὴ ἑαυτῶν.* is vero studii documenta praestat haud spernendi. Collaudat Ordo industriam in perlustrandis scriptis et Dionysii et aliorum veterum recentiorumque auctorum, curam et sollertiam in exponendis singulis sententiis et dogmaticis et philosophicis, orationis latinum colorem. Quibus rebus adductus est, ut praemium auctori non denegaret; neque obstat, quod alius aptior interdum digerendae materiae ordo eligi, et clarius ampliusque ostendi poterat, quis nexus fuerit inter Dionysii veterumque christianorum sententias ex mystica philosophia exortas. Schedula rescissa nomen comparuit:

Iohannes Fridericus Niemeyer, Halensis,
theologiae studiosus.

Illustris Ordo Jurisconsultorum

hanc proposuerat quaestionem:

„Disseratur de thesauri inventione ex jure Romano, Germanico et Borussico.“

Una Ordini commentatio oblata est insignita verbis: „Thesaurus donum fortunae creditur.“ Auctor non modo conquirendis iis, quae de thesauri inventione apud Romanos diversis temporibus constituta fuerunt, multum curae operaeque impendit, sed etiam subtiliores quaestiones in re parum enucleata occurrentes magna sagacitate et haud raro cum optimo successu tractavit. Itaque, licet non parem in juris Germanici et Borussici de thesauro praeceptis disputandis posuerit diligentiam, nec divisio rerumque distributio ubique laude digna sit, sermo denique vitiis mendisque refertus vix latinus queat appellari, tamen Ordo integrum huic commentationi praemium tribuere decrevit. Schedula aperta nomen prodiit:

Conradus Guilelmus Thümmel, Rhenanus,
juris studiosus.

Gratiosus Medicorum Ordo

nihil ad nos retulit de eventu, quem quaestiones propositae habuerunt.

Amplissimus Ordo Philosophorum

primum juvenibus antiquarum litterarum studiosis commendaverat

quaestiones de Xenophontis historia graeca sic instituendas, ut primum de Hellenicorum authentia, deinde de Graeco sermone et elocutione, postremo de pretio historico usuque operis in historia temporum illorum constituenda

disputaretur. Quaestiones tripertitas unus e studiosis antiquitatis sibi sumpsit tractandas, cujus commentatio nobis oblata hanc ostentat tesseram: *Χαλεπὸν οὕτω τι ποιῆσαι ὥςτε μηδὲν ἁμαρτεῖν.* Scriptor cum eorum sententiam, qui Xenophontis Hellenicorum libros superstites ab epitomatoris manu contendunt esse profectos, parum caute totam adoptaverit, magnam partem illarum quaestionum ac dubitationum aut leviter attigit aut plane recusavit. Porro saepius desideratur accurata cognitio Xenophontei sermonis et subtilitas disserendi de grammaticis historicisque argumentis. Sed quoniam ille laudabilem diligentiam et assiduitatem in multiplici materia colligenda recteque digerenda collocavit et judicium usu litterarum excultum ostendit, idemque librum satis amplum oratione Latina pura perscripsit et plerumque emendata: non dubitavit Ordo praemium integrum huic juveni conferre. Schedula reclusa nomen comparuit:

Fridericus Guilelmus Meyer, Pomeranus,
philologiae studiosus.

Praeterea Ordo proposuerat alteram questionem physicam:

„Vibrationes laminarum et tabularum experimentis demonstrentur, theoria vibrationum explicetur.“

Auctor, cujus commentationi lemma אלצ inscriptum est, doctrinam illam, in majore parte aliorum quidem auctorum, qui quaestionem illam pertractaverant, libros secutus, explicavit experimentisque illustravit; quum autem haud exiguam partem et novo demonstrationis et theoriae mathematicae modo explicaverit, atque e toto dissertationis labore summa diligentia maximique studiorum fructus eluceant, Ordo non dubitavit huic praemium integrum adjudicare. Schedula rescissa nomen prodiit:

Henricus Albertus Gustavus Schubring, Anhaltinus,
math. et phys. studiosus.

Postquam nomina juvenum industriorum, qui palmam retulerunt, promulgata sunt, jam nova argumenta, quae in proximum annum singuli ordines proponunt, sunt indicenda.

I. Summe venerabilis Theologorum Ordo

hanc commendat quaestionem:

Quemadmodum Hebraei visibilis rerum naturae ordinem atque pulchritudinem et attente religioseque contemplati fuerint et poetice descripserint, collectis, quatenus fieri potest, omnibus Veteris Testamenti Apocryphorumque qui dicuntur librorum locis illuc spectantibus, tum brevioribus tum longioribus, demonstretur et illustretur. Qua in re etiam eorum, quae Humboldtius in libro περὶ τοῦ κόσμου de universitate rerum a poetis Hebraeis admirabiliter descripta disserit, ratio habeatur.

II. Illustris Iurisconsultorum Ordo

poscit ut:

de delictis extra territorium commissis secundum jus commune et Borussicum collatis caeteris Germaniae legislationibus disputetur.

III. Gratiosus Medicorum Ordo

non solum iterat priorem quaestionem:

„Quaerantur medicamenta trichinae spirali praecipue intestinorum nocifera et eandem ob causam in trichiniasi hominum non sine spe adhibenda, ita quidem ut observationes et pericula artis medicae adhuc deficientia in animalibus trichinosis caute instituantur.“

sed etiam novum addit argumentum hoc:

Quaenam sit causa primae neonatorum inspirationis.

IV. Amplissimus Philosophorum Ordo

duas proponit quaestiones, priorem historicam:

De electionibus regum Teutonicorum inde a saeculo X. ineunte usque ad exitum saeculi XIII. exponatur, et quomodo jus regum creandorum cum jure hereditario conjunctum fuerit, quasque ob causas principes eo tandem progressi sint, ut de industria ex alio quemque genere regem creare sibi proposuerint, inquiratur.

alteram philosopham:

Sententiae de republica ab Hobbio in libro de cive, a Spinoza in tractatu politico propositae, quantum conveniant differant et utriusque philosophi principiis consentaneae sint, examinetur.

Admonemus igitur etiam atque etiam juvenes liberalium artium studiosos, ut procul habentes tam inertiam et nimiam verecundiam, quam immodestam confidentiam vires suas experiantur, atque expromendis etiam proximo anno industriae, ingenii, doctrinae documentis ratam faciant spem et exspectationem, quam magistri tacite de iis conceperunt.

ACADEMIAE FRIDERICIANAE HALENSIS
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATAE
RECTOR

HERMANNUS KNOBLAUCH

CUM SENATU
NOMINA CIVIUM SUORUM QUI IN CERTAMINE
LITTERARIO IN DIEM XXII. MARTIS A. MDCCCLXXI
SOLENNIUM REGIS AUGUSTISSIMI NATALICIORUM
CAUSA INDICTO PRAEMIA REPORTAVERUNT
RENUNTIAT NOVASQUE SIMUL QUAESTIONES IN
ANNUM SEQUENTEM PROPOSITAS
PROMULGAT.

PRAEMISSA EST

DANTIS ALLIGHERII MONARCHIA (LIBER III.)

MSSTORUM OPE EMENDATA

PER

CAROLUM WITTE.

HALIS
FORMIS HENDELIIS
A. MDCCCLXXI.

1871

DANTIS ALLIGHERII

MONARCHIA.

LIBER III.

CODICUM ELENCHUS.

A. Ambrosianus, Mediolanensis. D. No. 115. Fol. chartaceus saec. XV. a memet ipso collatus.

F. Felicianus, Lucensis, Bibliothecae Canonicorum ecclesiae Sancti Martini, quem conferri curavit virill. Salvator Bongius.

H. Hungaricus, Musei Pesthinensis. No. 2674. Fol. chartaceus, saec. XIV. cujus lectiones ipse diligenter excerpsi.

L. Laurentianus, Florentinus, Plut. LXXVIII. No. 1. Fol. membr. saec. XV.

M. Magliabecchianus, Florentinus, Class. XXX. No. 239. Quart. chart. saec. XIV. uterque a Johanne Bapt. Uccellio collatus.

P. Palatinus, Romanus, No. 1739. Fol. membr. saec. XIV., quem post immaturas Turrii curas studiose recognovit Koehlerus, Vimariensis.

V. Venetus, Bibliothecae Marcianae Class. XIV. No. 204. Fol. membr. saec. XIV. a me ipso collatus.

Z. Codex ab Ant. Zatta, editore annorum 1757, 1758, obiter collatus, idem, nisi fallor, quem Felicianum, Lucensem diximus.

DANTIS ALLIGHERII FLORENTINI
MONARCHIAE LIBER.

[LIBER TERTIUS
QUALITER OFFICIUM MONARCHAE, SIVE IMPERII, DEPENDET A DEO IMMEDIATE.]

[CAPUT I.]

„Conclusit ora Leonum, et non nocuerunt mihi; quia coram eo justitia inventa est in me.“ In principio hujus operis propositum fuit de tribus quaestionibus, prout materia pateretur, inquirere; de quarum duabus primis, in superioribus libris, ut credo, sufficienter peractum est. Nunc autem de tertia restat agendum. Cujus quidem 5 veritas, quia sine rubore aliquorum emergere nequit, forsitan alicujus indignationis in me causa erit. Sed quia de throno immutabili suo Veritas deprecatur, Salomon etiam, sylvam Proverbiorum ingrediens, meditandam veritatem, impium detestandum in se futurum nos docet, ac praeceptor morum Philosophus, familiaria destruenda pro 10

ADNOTATIA CRITICA.

Cap. I. [1] A. M. *Conclusi*
[3] P. *natura pateretur*
[7] Edd. *causa in me*
[8] Edd. recentt. cum M. *et Salomon*
[9] Impressi praeter Fraticell. omnes cum Ficino *(la tirannide) imperium* — Sequimur codices, inter se consentientes. H. L. M. P. V. *in se facturo* — A. *in se facturos.* — Edd. ant. *in se futuro* — Nihil horum apud Ficinum. — Et quae cum Fratic. et Turrio dedimus, non placent.

AD INTERPRETATIONEM FACIENTIA.

[1] Daniel. VI. 22. [8] Proverb. VII. 7. „Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium.“ [10] Aristoteles Ethic. Nicom. I. cap. 4. versio ant. „Videbitur ... melius esse ... et oportere, pro salute veritatis et familiaria destruere.“

veritate suadet; adsumpta fiducia de verbis Danielis praemissis, in quibus divina potentia, clypeus defensorum veritatis, adstruitur, juxta monitionem Pauli, fidei loricam induens, in calore carbonis illius, quem unus de Seraphim accepit de altari coelesti, et tetigit labia
5 Isaiae, gymnasium praesens ingrediar, et in brachio Illius, qui nos de potestate tenebrarum liberavit in sanguine suo, impium atque mendacem de palaestra, spectante mundo, ejiciam. Quid timeam? quum Spiritus Patri et Filio coaeternus ait per os David: „In memoria aeterna erit justus, ab auditione mala non timebit."

10 Quaestio igitur praesens, de qua inquisitio futura est, inter duo luminaria magna versatur: Romanum scilicet Pontificem, et Romanum Principem; et quaeritur: utrum auctoritas Monarchae Romani, qui de jure Monarcha mundi est, ut in secundo libro probatum est, immediate a Deo dependeat, an ab aliquo Dei vicario
15 vel ministro, quem Petri successorem intelligo, qui vere claviger est regni caelorum.

[CAPUT II.]

Ad praesentem quaestionem discutiendam, sicut in superioribus est peractum, aliquod principium est adsumendum, in virtute cujus

[1] F. *pro virtute suadet* — L. *pro ver. decet et suadet*
[2] H. *clypeus defensor* — A. *clyp. defensionis* — Ficinus *lo scudo del difensore, e de' difesi*
[4] Edd. *ex altari*
[5] A. *praesens aggrediar*
[6] A. L. *imperium atque mend.*
[8] Ita cum H. I. M. V. — A. F. P. *ajat per os Dav.* — Edd. *dicat per os D.*
[10] M. *inquisitio factura*
[12] A. M. *Monarchiae Romani*
[15] *vere* deest in P.
Edd. *est claviger*
Cap. II. [18] *quaest. discurrendam*
F. *sicut in precedentibus*
[19] Edd. *principium est sumendum*

[3] I. Thessalon. cap. V. vers. 8. „Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus, induti loricam fidei et caritatis, et galeam, spem salutis." [5] JESAIAS cap. VI. vers. 6. 7. „Et volavit ad me unus de Seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur." [8] Psalmus 112 (Cathol. 111.) vers. 7.

aperiendae veritatis argumenta formentur. Nam sine praefixo principio, etiam vera dicendo, laborare quid prodest? quum principium solum adsumendorum mediorum sit radix.

Haec igitur irrefragabilis veritas praefigatur, scilicet quod illud, quod naturae intentioni repugnat, Deus nolit. Nam si hoc verum non esset, contradictorium ejus non esset falsum; quod est: Deum non nolle quod naturae intentioni repugnat. Et si hoc non falsum, nec ea quae sequuntur ad ipsum. Impossibile enim est in necessariis consequentiis falsum esse consequens, antecedente non falso existente.

Sed ad non nolle, alterum duorum sequitur de necessitate, aut velle, aut non velle: sicut ad non odire, necessario sequitur, aut amare, aut non amare: non enim non amare, est odire; nec non velle, est nolle, ut de se patet. Quae si falsa non sunt, ista non erit falsa: Deus vult quod non vult; cujus falsitas non habet superiorem.

Quod autem verum sit quod dicitur, sic declaro: Manifestum est quod Deus finem naturae vult: aliter coelum otiose moveretur; quod dicendum non est. Si Deus vellet impedimentum finis, vellet etiam finem impedimenti; aliter etiam otiose vellet. Et quum finis

[2] *laborare* deest in F.
[4] Ita, codices H. P. V. sequuti, scripsimus. — L. M. *praefiguratur* — A. *praesignatur* — Edd. *praemittatur*
[7] M. *Deum non velle* — H. *Deum nolle*, interjecto inter lineas *non*
[8] A. *non falsum est* — Edd. *non est falsum*
[9] A. H. L. P. V. *in necessariis consequens falsum esse, antecedente*, quod probari potest. — M. *in necess. antecedente* — F. *in necess. falsum esse anteced.*
[13 14] M. *nec non nolle est non velle* — P. *nec non velle est velle*
[14] F. *Quia si falsa* — L. *Quo si falsa* — M. *Quod si falsa* M. *ista non erit falsum*
[15] V. *cujus falsitatis* — L. *cujus felicitas*
[16] P. omittit: *quod dicitur*
[17] A. H. M. — Edd. praeter Fratic. cum codd. Laurent. Palat. et Ven. *otiose moveret*
[19] Edd. *vellet et finem*

[18] Intelligo quasi dictum esset: „Si Deus vellet ea, quae impediunt finem naturae, i. e. scopum, ea ad quae tendit natura, dicendum esset, eum et ea velle, ad quae tendunt illa impedimenta. Tendunt vero eo, ut res impedita, i. e. finis naturae, non sit, non perducatur ad effectum, quod superius dictis contradiceret.“

impedimenti sit, non esse rei impeditae; sequeretur, Deum velle non esse finem naturae, quem dicitur velle esse.

Si enim Deus non vellet impedimentum finis, prout non vellet, sequeretur ad non velle, nihil de impedimento curaret, 5 sive esset, sive non esset. Sed qui impedimentum non curat, rem quae potest impediri non curat, et per consequens, non habet in voluntate, et quod quis non habet in voluntate, non vult. Propter quod, si finis naturae impediri potest, quod potest, de necessitate sequitur, quod Deus finem naturae non vult; et sic sequitur prius, 10 videlicet Deum velle quod non vult. Verissimum est igitur illud principium, ex cujus contradictorio tam absurda sequuntur.

[CAPUT III.]

In introitu, ad quaestionem hanc notare oportet, quod primae

[2] F. P, *quia dicitur* — H. *quod dic.* — Edd. *qui dic.* — Nobiscum faciunt A. L. M. V. — Rectam esse lectionem quam dedimus, probant verba superiora: „Manifestum est, quod Deus finem naturae vult", ad quae respicit auctor.
[3] M. *Si igitur Deus* — Mallem *Sin vero Deus*
[4] Vocem *quod*, quam olim inserendam esse putavi *(ad non velle, quod nihil)*, in textum recepit Fratic.; quum tamen ab omnibus, quotquot vidi, codicibus absit, antiquam lectionem restitui.
[6] V. *rem quae prodest*
[8] F. P. *Propter quod finis nat.* M. *impediri non potest* V. *quod patet* — Ficinus verba *quod potest* non habuisse videtur.
[9 10] H. *et sic prius videt* — M. *et sic prius videtur* — A. *et sic sequitur primum, videlicet* — F. *et sic sequitur prius, scilicet* — Edd. *et sic sequ. quod prius videl.*
[10] A. L. et edd. *igitur est* — F. *scilicet est*
[11] A. P. V. et edd. antiqu. *absurda sequentur.*
Cap. III. [13] L. M. *quod propriae quaestionis.*

[2] Hactenus demonstravit auctor, dici non posse, Deum impedimentum finis naturae directo velle. Jam procedit ad alteram quaestionem, an dici queat, Deum non curare de fine naturae, cordi ei non esse utrum impediatur nec ne, eum igitur neque velle finem naturae impediri, neque velle ut non impediatur. „Prout non vellet" pro „in quantum non vellet" dictum esse puta. [13] Prima quaestionum cap. secundo libri I, propositarum erat, an Monarchia ad bene esse mundi necessaria sit. Huic non nisi ad ignorantiam tollendam respondendum fuisse, dicit auctor. Secunda erat quaestio, an Romanus populus Monarchiae officium de iure sibi adsciverit; veritatemque circa eam, tam ad ignorantiam, quam ad litigium se habere, asserit. Tertio quaerebat, an auctoritas Monarchiae dependeat a Deo immediate, vel ab aliquo Dei ministro; cujus quaestionis, hoc in libro tractandae, veritatem talem esse ait, ut in ea litigium causa sit ignorantiae.

quaestionis veritas magis manifestanda fuit ad ignorantiam tollendam, quam ad tollendum litigium. Sed quae fuit secundae quaestionis quaestio, áequaliter ad ignorantiam et litigium se habet. Multa etenim ignoramus, de quibus non litigamus; nam geometra circuli quadraturam ignorat, non tamen de ipsa litigat; theologus vero numerum Angelorum 5 ignorat, non tamen de illo litigium facit; Ægyptius vero Scytharum civilitatem, non propter hoc de ipsorum civilitate contendit.

Hujus quidem tertiae quaestionis veritas tantum habet litigium, ut quemadmodum in aliis ignorantia solet esse causa litigii, sic hic litigium causa ignorantiae sit magis. Hominibus namque, rationis 10 intuitum voluntate praevolantibus, hoc semper contingit: ut male

1 M. *manifestanda sit ad ign.*

2 M. *Secundam quod fuit* — A. et edd. vett. *Sed quod fuit* — Fratic. *Sed hoc fuit.* — Nobiscum faciant F. H. L. P. V.

3 In hoc loco, satis impedito, mirifice variant textus. Edd. antiquiores ita habent: *quaestionis, quomodo et qualiter ad ignorantiam et litigium se habeat.* Concordant Ambros. et Felic. — Fratic. emendationem, olim a nobis propositam sequutus, *quaestionis, ut quomodo et qual. ad ignor. ita ad litig. se hab.*, quod hodie non placet. — Pal. *quaestionis, quaestio et qualiter ad ignor. et lit. se hab.* — L. et M. *quaestionis quae* (L. *.q.*, quod et scripturae compendium pro *quaestio* esse potest) *equaliter ad ign. et lit. se hab.* (Magl. *se habent*) — H. et V. *quaestionis, quare et qualiter...* In sequentibus V. omittit *et.* — Nos quidem vestigiis codicum L. M. P. nunc inhaerentes, Ficinumque *(La verità della seconda quistione fu per levare l'ignoranza e il litigio)* proxime sequuti, textum nova ratione emendare sumus conati.

H. *Multa enim ignor.* — M. *Multa etiam ign.*

4 Edd. antiq. *nam geometria*

5 Edd. antiq. *theol. vero de numero Angelorum* — V. *theol. vero naturam Angelorum* — Sequimur reliquos codd.

6 *vero* post *Aegyptius*, quod habent omnes, omittunt Edd.

7 M. *celeritatem Scyth.*

ignorat, quod post *civilitatem* cum F. et V. inserunt editt., non habent reliqui. Pro *non propter hoc* M. *non tamen* Edd. *litigium facit de eorum civilitate.* Quae dedimus, in omnibus libris manu exaratis leguntur, praeterquam quod M. etiam hic pro *civilitate* substituat *celeritatem.*

9 *sic hic litigium* pro *sic et hic lit.* scripsimus cum uno M.

10 *ignorantiae sit. Magnis hominibus* ediderunt omnes. Pro *Magnis* A. F. M. exhibent *magis*, quibus accedit auctoritas Ficini *(qui sia maggiormente la lite cagione d'ignoranza. Imperocchè agli uomini).* Hos sequuti transposuimus interpunctionis signum.

11 A. P. editionesque Fraticellii secundas curas praecedentes *intuitu voluntatem praevolant.* — M. *intuitum voluntatem praevolvent* — Reliqui nobiscum faciunt.

Edd. cum A. F. M. *hoc saepe contingit* — Nobiscum faciunt H. L. P. V. et versio Ficini.

affecti, lumine rationis postposito, affectu quasi caeci trahantur, et pertinaciter suam denegent caecitatem. Unde fit persaepe, quod non solum falsitas patrimonium habeat, sed ut plerique, de suis terminis egredientes, per aliena castra discurrant, ubi nihil intelligentes ipsi, nihil intelliguntur; et sic provocant quosdam ad iram, quosdam ad dedignationem, nonnullos ad risum.

Igitur contra veritatem, quae quaeritur, tria hominum genera maxime colluctantur.

Summus namque Pontifex, Domini nostri Jesu Christi Vicarius, et Petri successor, cui non quidquid Christo, sed quidquid Petro debemus, zelo fortasse clavium, nec non alii gregum Christianorum pastores, et alii, quos, credo, zelo solo matris Ecclesiae promoveri, veritati, quam ostensurus sum, de zelo forsan (ut dixi), non de superbia, contradicunt.

Quidam vero alii, quorum obstinata cupiditas lumen rationis extinxit, et, dum ex patre diabolo sunt, Ecclesiae se filios esse dicunt,

[3] L. *non solum felicitas*
M. *patrocinium habeat*, quam lectionem princeps etiam Oporini editio affert in margine.
Edd. *sed plerique, ut de suis*
V. *de suis terris egred.*
[4] A. F. *ut nihil intelligentes*
[5] F. P. V. *ipsi, nihil intelligunt*
H. *ad iram et ad*
[6] A. F. et edd. *indignationem*
H. *nonnullos vero ad risum.*
[7] F. *veritatem, quae dicitur*
[10] F. *cui non quidquid Petro*, omittens verba: *Christo, sed quidquid*
[11] *gregum Christianorum* habent omnes praeter Palat. qui exhibet *grecum Christ.* et Ambros., in quo legitur *gentium Christianarum.* Longe pejus in editt. antiquioribus *graecorum Christianorum*, quod ne quidem postquam versio Ficini *(la greggia cristiana)* lucem viderat, correxerunt editores. Vide quae diximus in libro, qui inscribitur *Dante-Forschungen* p. 116.
[12] Laur. et edd. *Eccl. permoveri*
[14] H. et M. *contradicent*
[16] A. P. *ex parte diab.*
A.P. *Eccl. filios se esse* -- H. *Eccl. se esse filios*

[15] Haec de Guelphis dicta esse puta:

„gente che dovrebbe esser devota,
E lasciar seder Cesare in la sella.“ (Purg. VI. 91.)

[16] EVANG. JOHANN. c. VIII. v. 44. „Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere“.

non solum in hac quaestione litigium movent, sed sacratissimi Principatus vocabulum abhorrentes, superiorum quaestionum et hujus principia impudenter negarent.

Sunt etiam tertii, quos Decretalistas vocant, qui Theologiae ac Philosophiae cujuslibet inscii et expertes, suis Decretalibus (quas profecto venerandas existimo) tota intentione innisi, de illarum praevalentia credo sperantes, Imperio derogant. Nec mirum, quum jam audiverim quemdam de illis dicentem, et procaciter asserentem, traditiones Ecclesiae fidei fundamentum. Quod quidem nefas de opinione mortalium illi submoveant, qui, ante traditiones Ecclesiae, in Filium Dei Christum, sive venturum, sive praesentem, sive jam passum crediderunt, et credendo speraverunt, et sperantes caritate arserunt, et ardentes ei cohaeredes factos esse mundus non dubitat.

Et, ut tales de praesenti gymnasio totaliter excludantur, est ad-

[2] H. *imprudenter*
[3] Edd. *negarunt* — In H. vox *negarent* omnino deest. Reliquorum codicum lectionem, a nobis receptam, confirmat versio Ficini *(neghcrebbono)*
M. et edd. *Sunt et tertii*
P. Decretalistas vocamus
qui, quod cum H. post *vocant*, inseruimus, abest in reliquis et in edd.
P. et V. *per Theologiae*
[4] [5] A. F. *Philosophiae ac Theologiae*
[5] P. *cuulibet* — F. Z. *cunabilis* — A. *cunalibus*
[5] *qui*, quod post *expertes* habent recentiores, non legitur in codicibus.
[6] H. M. et edd. *innixi*, — L. *inniti*
[8] M. *pertinaciter asserentem*
[9] Edd. *fidei esse fundamentum* — *esse* non habent libri manu exarati.
[10] M. P. *qui autem*
traditiones cum codd. et editionib. antiqu. restituimus pro *traditionem*, quod exhibent recentt.
[11] A. *Christum. sive futurum*
[12] *futuros esse* habebant edd. ante Fratic. et Turr., non quidem absone; sed contra auctoritatem codd. et Ficini.

[2] Parad. IX. 133.

L'Evangelio e i Dottor magni
Son derelitti, e solo ai Decretali
Si studia sì, che pare ai lor vivagni.

[11] Parad. XX. 105.

Cristiani, in ferma fede,
Quel dei passuri, e quel dei passi piedi.

[12] Pauli Epist. ad Roman. c. VIII. v. 16. 17. „Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi."

vertendum, quod quaedam scriptura est ante Ecclesiam, quaedam cum Ecclesia, quaedam post Ecclesiam.

Ante quidem Ecclesiam sunt vetus et novum Testamentum, quod in aeternum mandatum est, ut ait Propheta; hoc enim est quod
5 dicit Ecclesia, loquens ad Sponsum: „Trahe me post te.“

Cum Ecclesia vero sunt veneranda illa Concilia principalia, quibus Christum interfuisse nemo fidelis dubitat quum habeamus, ipsum dixisse discipulis, ascensurus in coelum: „Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi“,
10 ut Matthaeus testatur. Sunt etiam scripturae Doctorum, Augustini et aliorum, quos a Spiritu Sancto adjutos qui dubitat, fructus eorum vel omnino non vidit, vel si vidit, minime degustavit.

Post Ecclesiam vero sunt traditiones, quas Decretales dicunt: quae quidem etsi auctoritate Apostolica sunt venerandae, fun-
15 damentali tamen Scripturae postponendas esse dubitandum non est; quum Christus Sacerdotes objurgaverit de contrario. Quum enim interrogassent, „Quare discipuli tui traditionem seniorum transgrediuntur?“ (negligebant enim manuum lotionem), Christus eis, Matthaeo

[8] *ascensurus in coelum* pro *ascensurum in coel.*, quod habent M. et edd., reposuimus cum A. F. H. L. P. — V. *ascendamus in coel.*

Edd. et A. F. L. P. V. *in omnibus diebus* — *in*, quod abest a sacro textu, cum H. M. omittendum esse credidimus.

[10] M. *ut manifestat.* — H. *ut manifestatur.* *Sunt etiam* scripsimus cum A. H. M. P. V. — F. *Sunt enim* — L. et edd. *Sunt et*

[10 11] F. *scripturae Sanctorum* — A. omittit *doctorum* — H. *Augustini, Gregorii* — L. *Aug. Hyeronymi*

[11] A. H. L. M. et edd. recent. male *quis dubitat*, quae lectio ut posset probari, post *dubitat* cum cod. H. inserendum esset *nisi qui* cum signo interrogationis post *degustavit*, quam lectionem Ficinus habuisse videtur. — Nobiscum faciunt F. P. V. et edd. ant.

[14] M. P. et edd. recentt. *apostolica sint* P. *verendae* — F. *verenda* — H. *utendae*

[17] F. *interrogassent Judaei*
A. H. *traditiones*

[3] Psalm. 111. (Cathol. 110.) v. 9. „Redemtionem misit populo suo, mandavit in aeternum testamentum suum.“ [5] Cantic. cant. c. I. v. 3. [10] EVANG. MATTH. c. XXVIII. v. 20. [18] Ibidem c. XV. v. 2. 3.

testante, respondit: „Quare et vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram?“ In quo satis innuit, traditionem postponendam.

Quod si traditiones Ecclesiae, post Ecclesiam sunt, ut declaratum est; necesse est, ut non Ecclesiae a traditionibus, sed ab Ecclesia 5 traditionibus accedat auctoritas, hique, solas traditiones habentes, ab hoc, ut dicebatur, gymnasio excludendi sunt. Oportet enim hanc veritatem venantes, ex iis, ex quibus Ecclesiae manat auctoritas, investigando procedere.

Iis itaque sic exclusis, excludendi sunt alii, qui, corvorum plumis 10 operti, oves albas in grege Domini se jactant. Hi sunt impietatis filii, qui, ut flagitia sua exsequi possint, matrem prostituunt, fratres expellunt, et denique judicem habere nolunt. Nam cur ad eos ratio quaereretur, quum sua cupiditate detenti principia non viderint?

Quapropter cum solis concertatio restat, qui, aliquali zelo erga 15 matrem Ecclesiam ducti, ipsam, quae quaeritur, veritatem ignorant. Cum quibus illa reverentia fretus, quam pius filius debet patri, quam pius filius matri, pius in Christum, pius in Ecclesiam, pius in Pasto-

[3] F. *In quo innuit satis* — P. *Inde innuit*
[5] A. H. *Ecclesiae traditionibus*, omisso *a*
[6] Fratic. et Turrius manifesto vitio et contra codicum auctoritatem *traditionum accedat* — F. *tradicionalibus acc.*
F. Z. *auctoritas. Hii qui* — A. *auct. hiisque* — Edd. *auctoritas. Itaque* — Nobiscum faciunt H. L. M. P. V.
[7] Fidem codicum F. L. M. (M. habet *dicebat*) sequor. — A. P. *abut dicebatur gymn.* — V. *abiit dicebat gymn.* — H. *ad hoc ut dicebatur gymn.*
[7 8] A. *Oportet ergo auctoritatem venerantes*
[8] F. P. *et vestigando procedere*
[10] F. M. et editt. *itaque exclusis*
M. P. *corvorum plumis*
[11] A. L. P. V. *apertis, oves*
V. *oves aliis* — F. omittit *albas*
F. P. *Domini jactant*
[12] P. *ut fulgilia sua assequi*
[12] M. *matrem prosternunt*, quod olim et in V. fuisse videtur.
[13] A. H. M. *Nam cum*
Emendationem *apud eos*, a nobis propositam, et a Fratic. receptam, quum eam codd. auctoritate non videremus firmatam, nunc rejecimus.
[14] A. *ratio quaeratur.*
F. M. P. V. *non viderent* — A. H. L. *non viderunt*
[17] Verba *debet patri, quam pius filius* omittunt M. P.

[10] Idem quos supra filios diaboli esse dixit.

rem, pius in omnes Christianam religionem profitentes, pro salute veritatis in hoc libro certamen incipio.

[CAPUT IV.]

Isti vero, ad quos erit tota disputatio sequens, asserentes auctoritatem Imperii ab auctoritate Ecclesiae dependere, velut artifex inferior dependet ab architecto, pluribus adversis argumentis moventur, quae quidem de sacra Scriptura eliciunt, et de quibusdam gestis tam summi Pontificis, quam ipsius Imperatoris, nonnullum vero rationis indicium habere nituntur.

Dicunt enim primo, secundum scripturam Geneseos, quod Deus fecit duo magna luminaria, luminare majus, et luminare minus, ut alterum praeesset diei, et alterum nocti. Quae allegorice dicta esse intelligebant ista duo regimina, scilicet spirituale et temporale. Deinde arguunt, quod quemadmodum Luna, quae est luminare minus, non habet lucem, nisi prout recipit a Sole, sic nec regimen temporale auctoritatem habet, nisi prout recipit a spirituali regimine.

Propter hanc, et propter alias eorum rationes dissolvendas,

[1] P. *pius in homines*
[2] H. M. *incipio certamen*
Cap. IV. [6] V. *pluribus a diversis* — Edd., quibus consentire videtur Ficinus, *pluribus et diversis*
[7] F. *quae quidem argumenta de*
[8] Lectionem *nullum vero*, quam olim pro *nonnullum vero* substituendam esse conjeci, exhibet cod. A. Respiciens tamen ad ea quae habentur in cap. 11. (nobis 12.) restitui antiquam lectionem, quam firmant codd. F. H. L. P. V. licet orationi etiam, vel simile quid deesse videatur, neque Ficinus consentiat. — Fratic. cum M. *non ullum vero* —
[12] H. *ut unum praeesset*
L. *diei, alterum*, omisso *et*
A. L. P. V. *alterum praeesset nocti*
[13] *scilicet*, addidimus cum A. L. P. V.
[14] *arguunt*, quod, cum Ficino, habent omnes, abest ab editis.
[16] A. F. M. V. et editt. *regnum temporale* — Sequimur codd. H. L. P.
F. *sic et regnum temporale auctoritatem non habet.*

[10] Genesis I. 15. 16. [12] Scriptores, qui medio aevo de hoc argumento tractarunt, recenset AEM. FRIEDBERG De finium inter ecclesiam et civitatem regundorum judicio Lips. 1861. p. 38—40. Cf. Eundem in Ephemerid. juris eccles. VIII. 84—86.

praenotandum, quod sicut Philosopho placet in iis quae de sophisticis Elenchis, „solutio argumenti est erroris manifestatio.“ Et quia error potest esse in materia et in forma argumenti, dupliciter peccare contingit: aut scilicet adsumendo falsum, aut non syllogizando. Quae duo Philosophus objiciebat contra Parmenidem et Melissum, 5 dicens: „Qui falsa recipiunt, et non syllogizantes sunt.“ Et accipio hic largo modo falsum, etiam pro inopinabili, quod in materia probabili habet naturam falsi. Si vero in forma sit peccatum, conclusio interimenda est ab illo qui solvere vult, ostendendo formam syllogisticam non esse servatam. Si vero peccatum sit in materia, 10 aut est quia simpliciter falsum adsumptum est, aut quia falsum secundum quid. Si simpliciter, per interemptionem adsumpti solvendum est; si secundum quid, per distinctionem.

Hoc viso, ad meliorem hujus et aliarum inferius factarum solutionum evidentiam, advertendum, quod circa sensum mysticum dupli- 15 citer errare contingit: aut quaerendo ipsum ubi non est, aut accipiendo aliter quam accipi debeat.

Propter primum dicit Augustinus in Civitate Dei: Non omnia

[1] L. P. *praenotandum est quod*
[2] P. *perrare contingit*
[4] F. P. *aut simulando.* — A. *aut verum simulando.* — V. (ex correct.) *aut non simil.*
[5] H. *Melisem philosophos*
[6] P. *et sillogizantes sunt* — F. *et simulantes sunt* — H. *et non simulantes sunt*
[7] M. *accipio hoc largo modo* — A. V. *acc. largo modo*
[8] Editi omnes, supino errore *habet naturam syllogismi.* Falsam lectionem jam Ficinus habet.
[12] A. *per interpretationem assumpti* — H. L. *per intentionem ass.*
[13] H. *per districtionem*
[14] A. H. P. *hujus aliarum*
[15] F. L. P. V. *quod contra sensum*
[18] A. M. V. *in libro de Civitate.* — H. *in 3° de Civit.* — Ficinus *nel libro della Citta.* Editt. *Non sane omnia*

[1] Aristoteles *Περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων* II. 3. *Ἤδη λύσις ἐμφάνισις ψευδοῦς συλλογισμοῦ.* [5] Aristoteles Physica II. T. 10 (Lectio 5.) Translat. antiqua: „Parmenides et Melissus sophistice syllogizant, namque falsa recipiunt, et non syllogizantes sunt.“ Cf. Parad. XIII. 125. [18] Haec totidem quidem verbis in libris de Civit. Dei deprehendere mihi non contigit; similia tamen sunt quae leguntur cap. 2. libri XVII.: „Mihi autem, sicut multum videntur errare, qui nullas res gestas in eo genere literarum aliquid aliud praeter id, quod eo modo gesta sunt, significare arbitrantur, ita multum audere, qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis involuta esse contendunt.“

quae gesta narrantur, etiam significare aliquid putanda sunt; sed propter illa quae aliquid significant, etiam ea quae nihil significant, attexuntur. Solo vomere terra proscinditur; sed ut hoc fieri possit, etiam caetera aratri membra sunt necessaria.

Propter secundum, idem ait in Doctrina Christiana, loquens de illo, qui vult aliud in scripturis sentire, quam ille qui scripsit eas dicit, quod „ita fallitur, ac si quisquam deserens viam, eo tamen per gyrum pergeret, quo via illa perducit.“ Et subdit: „Demonstrandum est, ut consuetudine deviandi etiam in transversum aut perversum ire cogatur.“ Deinde innuit causam, quare cavendum sit hoc in scripturis, dicens: „Titubabit fides, si divinarum scripturarum vacillat auctoritas.“ Ego autem dico, quod si talia fuerint de ignorantia, correptione diligenter adhibita, ignoscendum est, sicut ignoscendum esset illi, qui leonem in nubibus formidaret. Si vero industria, non aliter cum sic

[3] P. *terra proscinditur* — H. *terra perscinditur* — M. *terra scindit*.

[5] M. *Propter quod idem*
Editt. *ait in libro de Doctrina*

[6] Verba *qui vult*, quae desunt in caeteris, recepimus ex codd. L. M.

[7] F. P. *fallitur si quisquam* (P. *si siquam*), omisso *ac*

[8] Apud Augustinum legimus: *eo tamen per agrum pergat*, unde divinandum, auctorem nostrum textu minus correcto Sancti Hipponensis usum esse.
A. P. *eo illa* (P. *illuc*) *producit*

[9] Edd. *in transversum et perversum ire quis cogatur*. Quae dedimus habentur in omnibus praeter unum F. et confirmantur per ipsum Augustini textum.

[12] Sequimur codd. A. M. P. — Paulo aliter H: *quod si talis fuerit ignorans, ignorantiae proveniant* — F. L. V. *quod si talia fiunt de ignorantia* — Edd. *quod si talia de ignorantia proveniant*

[12] M. *corrept. diligenti adhib.* Contra hodiernum scribendi modum retinuimus *correptione*, quod habent codd. et editt., quum videremus nec Hieronymum in Vulgata Bibliorum versione aliter scripsisse.

[13] F. *ignoscendum esset*
Verba *sicut ignoscendum* absunt a codd. A. et M. Ille praeterea respuit *esset*, quod sequitur; hic *est*, quod praecedit.

[14] H. *Si vero ex industria*

[5] AUGUSTINUS De doctr. Christ. I. 36: „Quisquis in scripturis aliud sentit, quam ille qui scripsit, illis non mentientibus, fallitur; sed tamen ..... ita fallitur, ac si quisquam, errore deserens viam, eo tamen per agrum pergat, quo etiam via illa perducit. Corrigendus est tamen, et quam sit utilius demonstrandum est, ne consuetudine deviandi in transversum aut perversum ire cogatur.“ [11] Ibidem cap. 37.

errantibus est agendum, quam cum tyrannis, qui publica jura non ad communem utilitatem sequuntur, sed ad propriam retorquere conantur.

Oh summum facinus, etiamsi contingat in somniis, aeterni Spiritus intentione abuti! Non enim peccatur in Moysen, non in David, non in Job, non in Matthaeum, nec in Paulum, sed in Spiritum Sanctum, qui loquitur in illis. Nam quamquam scribae divini eloquii multi sint, unicus tamen dictator est Deus, qui beneplacitum suum nobis per multorum calamos explicare dignatus est.

His itaque praenotatis, ad id quod superius dicebatur, dico per interemptionem illius dicti, quod dicunt, illa duo luminaria typice importare duo haec regimina, in quo quidem dicto tota vis argumenti consistit. Quod autem ille sensus omnino sustineri non possit, duplici via potest ostendi. Primo, quia quum hujusmodi regimina sint accidentia quaedam ipsius hominis, videretur Deus usus fuisse ordine perverso, accidentia prius producendo, quam proprium subjectum; quod absurdum est dicere de Deo. Nam illa duo luminaria producta sunt die quarto, et homo die sexto; ut patet in litera.

Praeterea, quum ista regimina sint hominum directiva in quosdam fines, ut infra patebit, si homo stetisset in statu innocentiae, in quo

[1] A. *cum se agentibus* — H. *cum et se certando*
P. *cum tiranus per publica*
[2] M. *sed ad propria*
Praeferrem *detorquere*, si haberetur in codd.
[3] A. L. M. P. *etiamsi contingat in somnis* — V. *etiamsi cont. in supremis*
[5] H. *neque in Paulum* — A. *neque etiam Paulum* — L. P. V. *non in Paul* — M. *neque patrem*
[6] Edd. *scriptores divini eloquii*
[7] F. *multi sunt*
[9] [10] H. *dico pro interemptione* — V. *dico per intencionem* — A. *dico quod intentionem* — M. *dico per interpretationem*
[10] Edd. *dicti quod dictum est* — Sequimur codices, inter se concordes, vel certe *quo dicunt* legentes, et Ficinum: *quel detto, ove affermano*
[11] H. *duo hujusmodi regimina*
[12] [13] V. *dupliciter ista potest* — A. *duplici potest*
[13] M. *haec regimina* — P. *hujus regimina*
[15] Edd. *accidentia scilicet prius* — F. *acc. primo*
[15] A. *prius procedendo*
[16] A. *ista duo regimina*

[17] „Litera", vox solemnis scriptorum medii aevi pro textu, maxime sacro

a Deo factus est, talibus directivis non indiguisset. Sunt ergo hujusmodi regimina remedia contra infirmitatem peccati. Quum ergo non solum in die quarto peccator homo non erat, sed etiam simpliciter homo non erat, producere remedia fuisset otiosum, quod est contra
5 divinam bonitatem. Stultus enim esset medicus, qui ante nativitatem hominis, pro apostemate futuro, illi emplastrum conficeret. Non igitur dicendum est, quod quarto die Deus haec duo regimina fecerit; et per consequens intentio Moysi esse non potuit illa, quam fingunt.

Potest etiam hoc mendacium, tolerando, per distinctionem
10 dissolvi. Mitior namque est in adversarium solutio distinctiva; non enim omnino mentiens esse videtur, sicut interemptiva illum videri facit. Dico ergo, quod licet Luna non habeat lucem abundanter, nisi ut a Sole recipit, non propter hoc sequitur, quod ipsa Luna sit a Sole. Unde sciendum, quod aliud est esse ipsius Lunae, aliud virtus
15 ejus, et aliud operari. Quantum est ad esse, nullo modo Luna dependet a Sole, nec etiam quantum ad virtutem, nec quantum ad operationem simpliciter; quia motus ejus est a motore proprio, influentia sua est a propriis suis radiis. Habet enim aliquam lucem ex se, ut in ejus eclipsi manifestum est; sed quantum ad melius et

[1] A. *talibus doctrinis non indig.*

[1 2] L. V. *Sunt ergo hujus regim.* — M. *Sunt ergo haec reg.*

[4] Edd. *remedia, certum est fuisse otiosum* — Praeter codicum consensum nobiscum facit Ficinus.

[5] L. *Stultus autem esset* — A. *Stultus esset* — Edd. *Stultus etenim esset*

[7] F. Z. *haec duo luminaria*

[9] A. M. P. *Potest etiam hoc mendacio* — V. *Pot. et hoc mendacio* — L. *Pot. hoc mendacio* — H. *Pot. etiam huic mendacio* P. *per destructionem*

[10] M. *solutio distincta* — A. *sol. diffinitiva*

[11] Reposuimus cum codd. A. H. P. et antiquis edd. *illum* (sc. adversarium) *videri facit,* pro *illud vid. f.* quod. adstipulante V., Dionysii emendationem sequutus, in textum receperunt Turrius et Fratic.

[13] A. *nisi ut a Sole receperit*

[14] A. M. *Unde sciendum est*

[16] M. *de virtute, nec quantum* — V. *ad virtutem, nisi quantum*

[17] A. H. L. P. V. et edd. ant. habent *motore proprio,* quod contra L. et Ficinum restituendum duxi. Videatur AUCTORIS Convivium II. 2. *„Certe Intelligenze, le quali sono alla revoluzione del cielo, siccome movitori di quello“* — *et* inter *proprio* et *influentia,* quod habent edd. abest a libris mstis.

[18] H. *influentia ejus est a primis* H P V. *ejus radiis*

virtuosius operandum, recipit aliquid a Sole, quia lucem abundantem, qua recepta, virtuosius operatur.

Sic ergo, dico, quod regnum temporale non recipit esse a spirituali, nec virtutem, quae est ejus auctoritas, nec etiam operationem simpliciter: sed bene ab eo recipit, ut virtuosius operetur per lucem gratiae, quam in coelo et in terra benedictio summi Pontificis infundit illi. Et ideo argumentum peccabat in forma: quia praedicatum in conclusione non est extremitas majoris, ut patet; procedit enim sic: Luna recipit lucem a Sole, qui est regimen spirituale; regimen temporale est Luna: ergo regimen temporale recipit auctoritatem a regimine spirituali. Nam in extremitate majoris, pónunt lucem: in praedicato vero conclusionis, auctoritatem: quae sunt res diversae subjecto et ratione, ut visum est.

[caput v.]

Adsumunt etiam argumentum de litera Moysi, dicentes, quod de femore Jacob fluxit figura horum duorum regiminum, quia Levi et Judas; quorum alter fuit pater sacerdotii, alter vero regiminis tem-

[1] *qui habet*, quod olim pro *quia* conjeceram, et quod in textum recepit Fratic. in nullo codice deprehendens, ejiciendum putavi, animadvertens, auctorem nostrum etiam infra (cap. 12.) *quia* („per quasdam relationes, quia per Papatum et Imperiatum") pro *scilicet* usurpare — Pressius etiam vestigiis codicum inhaerens, mallem *quidem*, vel *et quidem*. Suffragari videtur Ficinus *e questo è abbondanza di luce*

[4] V. *nec tertiam operationem*

[5] A. *ab eo recipit lucem*

[6] Conjecturae nostrae, non *per lucem gratiae*, sed *lucem gratiae* esse scribendum, quam probavit Fratic. contradicunt codices cum Ficino. Puta igitur *ab eo recipit* absolute dictum esse pro *id ab eo recipit*.

[9] F. M. P. *luna recipit lumen*
H. V. et P. in marg. („alias") *a Sole qui est regimen temporale*

[9 10] F. *regnum spirituale; regnum corporale*

[13] L. M. *sunt res adversae*
supra, quod in fine addunt editi, abest a codd. neque habuit Ficinus.

Cap. V. [15] A. L. *Moysi dicentis*

[6] Cf. Auctorem nostrum in epistola ad Principes italicos (§ 10.) de Henrico VII. dicentem: „Hic est quem Clemens, nunc Petri successor, luce apostolicae benedictionis illuminat, ut ubi radius spiritualis non sufficit, ibi splendor minoris luminaris illustret. [15] Genesis XXIX. 34. 35.

poralis. Deinde sic arguunt ex iis: Sicut se habuit Levi ad Judam, sic se habet Ecclesia ad Imperium. Levi praecessit Judam in nativitate, ut patet in litera: ergo Ecclesia praecedit Imperium in auctoritate.

5 Et hoc vero de facili solvitur: nam quod dicunt, quod Levi et Judas, filii Jacob, figurant ista regimina, possem similiter hoc interimendo dissolvere; sed concedatur. Et quum arguendo inferunt: Sicut Levi praecedit in nativitate, sic Ecclesia in auctoritate, dico similiter, quod aliud est praedicatum conclusionis, et aliud majoris 10 extremitas: nam aliud est auctoritas, et aliud nativitas, subjecto et ratione; propter quod peccatur in forma. Et est similis processus huic: A praecedit B in C; D et E se habent ut A et B: ergo D praecedit E in F; F vero et C diversa sunt.

Et si facerent instantiam dicentes, quod F sequitur ad C, hoc 15 est auctoritas ad nativitatem, et pro antecedente bene infertur consequens, ut animal pro homine; dico quod falsum est: multi enim sunt majores natu, qui non solum in auctoritate non praecedunt, sed etiam praeceduntur a minoribus, ut patet, ubi Episcopi sunt tempore juniores, quam sui archipresbyteri. Et sic instantia videtur 20 errare secundum noncausam, ut causa.

[1] Editt. contra unanimem codicum consensum *Quemadmodum se habuit Levi*

[3] H. *Ecclesia praecessit*

[3 4] *in auctoritate* abest a P.

[5] A. V. *Et hoc vero*

M. *nam qui dicunt* — A. F. et editt. *nam cum dicunt* — Nobiscum faciunt H. L. P. V. et Ficinus: *perchè quello che dicono*

F. H. P. *cum Levi et Judas*

[6] Edd. inter *ista* et *regimina* interponunt *duo*, quod neque codices habent, neque Ficinus.

V. *posse similiter* — A. H. *possent sim.* — M. *posset sim.* quod et Ficinus habuisse videtur. — Edd. antt. *possum sim.* — Nobiscum faciunt L. P.

[7] A. *Et coarguendo* — P. *Cum arg.* — Edd. omittunt *Et quum* — Nostram lectionem tuentur H.L.M.V. et Ficinus.

[8] M. *Levi praecessit*

[9] F. *dico simpliciter*

V. *praedicatum constitutionis*

major extremitas habent A. F. H. L. P. V. et edd. nat. — Nostram emendationem, quam suam fecit Fratic. firmant M. et Ficin.

[14] A. L. M. P. V. *Et si ferrent*

[18] L. M. P. *praecedentur a junioribus*

L. P. *ubi ipsi Episc.* — M. *ut ipsi Episc.*

[19] M. et Edd. *sunt temporaliter*

[caput vi.]

De litera vero primi libri Regum adsumunt etiam creationem et depositionem Saulis: et dicunt, quod Saul, rex inthronizatus, fuit depositus per Samuelem, qui vice Dei de praecepto fungebatur; ut in litera patet. Et ex hoc arguunt, quod quemadmodum ille Dei vicarius auctoritatem habuit dandi et tollendi regimen temporale, et in alium transferendi: sic et nunc Dei vicarius, Ecclesiae universalis antistes, auctoritatem habet dandi et tollendi, et etiam transferendi sceptrum regiminis temporalis. Ex quo sine dubio sequeretur, quod auctoritas Imperii dependeret, ut dicunt.

Et ad hoc dicendum, per interemptionem ejus quod dicunt Samuelem Dei vicarium, quia non ut vicarius, sed ut legatus specialis ad hoc, sive nuncius, portans mandatum Domini expressum, hoc fecit. Quod patet, quia quidquid Deus dixit, hoc fecit solum, et hoc retulit.

Unde sciendum, quod aliud est esse vicarium, aliud est esse nuncium sive ministrum; sicut aliud est esse doctorem, aliud est esse

Cap. VI. [4] Edd. *inthronizatus fuit, et de throno depositus.* Voces *et de throno* nec Ficinus habuit.

[7] L. *Ecclesiae humilis* — P. *Eccl. ullus,* abbreviationis signis utrique *u* superpositis.

[10] F. P. *quod auctoritas Christi dependeret* — Ficinus: *che dalla Chiesa dipendesse l'autorità dello Imperio,* quem, ni fallor, sequutus, Turrius, omnium unus *auct. Imperii ab Ecclesia dependeret.*

[11] M. *dicendum etiam quod interpretationem ejus* — A. *dic. per interruptionem ejus.*

[12] A. L. M. P. *ut legatus spiritualis*

[13] V. *mandatum Dei* — H. *mandatum a Deo*

[14] M. *patet, quod quicquid* — V. *patet, quicquid*

[3] I. Samuel. (Cathol. I. Regum) cap. X. v. 1: „Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput ejus, et deosculatus est eum, et ait: Ecce, unxit te Dominus super hereditatem suam in principem, et liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus. Et hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem.“ [4] Ibidem caput XV. v. 23. (Et ait Samuel): „Pro eo ergo quod abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus ne sis rex.“ — v. 28. „Scidit Dominus regnum Israel a te hodie et tradidit illud proximo tuo, meliori te.“ [12] „quia“ (non ut vicarius) more vulgatae Bibliorum versionis hic, et alibi multoties, pro quod dictum esse, vix opus est ut moneamus.

interpretem. Nam vicarius est, cui jurisdictio cum lege vel cum arbitrio commissa est; et ideo intra terminos jurisdictionis commissae de lege vel de arbitrio potest agere circa aliquid, quod dominus omnino ignorat. Nuncius autem non potest, in quantum nuncius; sed
5 quemadmodum malleus in sola virtute fabri operatur, sic et nuncius solo arbitrio ejus, qui mittit illum. Non igitur sequitur, si Deus per nuncium Samuelem fecit hoc, quod vicarius Dei hoc facere possit. Multa enim Deus per Angelos fecit, et facit et facturus est, quae vicarius Dei, Petri successor, facere non posset.

10 Unde argumentum istorum est a toto ad partem, construendo sic: Homo potest audire et videre; ergo oculus potest audire et videre, et hoc non tenet. Teneret autem destructive sic: Homo non potest volare, ergo nec brachia hominis possunt volare. Et similiter sic: Deus per nuncium facere non potest, genita non esse genita, juxta
15 sententiam Agathonis; ergo nec vicarius ejus facere potest.

[1] P. *esse interemptem* — Z. *esse interemptorem* — In Veneto legitur per correctionem *esse interpretem*, quid vero prima manu scriptum fuerit, divinari non potui.

[3] P. *agere contra aliquid*, quod et V. olim habuisse videtur — A. *agere aliquid*

[5] A. V. *operatur, sic nuncius*

[6] H. L. P. V. *in solo arbitrio*

[7] M. *hoc facere posset*
Edd. *facere posset similiter*. Ultimam vocem neque codd. agnoscunt, neque Ficinus.

[9] *facere non potest*, quod exhibent Turrius et Fratic. habet P. et habuisse videtur Ficinus, nihilque impedit quominus abbreviationem codicis H. ita interpretemur. Praeferendam tamen credidimus lectionem reliquis codicibus antiquisque editt. communem.

[11] H. *Homo potest videre, ergo et audire, ergo* H. et L. utroque, A. et M. secundo, P. (a quo absunt verba *ergo oculus potest audire et videre*) primo loco *videre et audire*

[12] A. L. P. *Teneret autem discretive*

[13 14] P. *similiter sic: si Deus*

[1] Similia leguntur in Glossa ordinaria BERNARDI PARMENSIS ad Decretales Gregorii IX. Lib. I. Tit. 28. cap. 5. „Vicarius omnia potest, quae pertinent ad jurisdictionem illius, cujus vicem gerit.“

[5] Parad. II. 127.:

Lo moto e la virtù dei santi giri,
Come dal fabbro l'arte del martello,
Dai beati motor convien che spiri.

[15] ARISTOTELES Ethic. Nicom. VI. 2. (translat. ant.): „Factum autem non contingit non fieri. Propter quod recte Agathon: Solo enim ipso Deus privatur, ingenita facere quae facta sunt.“

[CAPUT VII.]

Adsumunt etiam de litera Matthaei Magorum oblationem, dicentes Christum recepisse simul thus et aurum, ad significandum seipsum dominum et gubernatorem spiritualium et temporalium. Ex quo inferunt, Christi vicarium dominum et gubernatorem eorundem; et, per consequens, habere utrorumque auctoritatem.

Ad hoc respondens, literam Matthaei et sensum confiteor: sed quod ex illa inferre conantur, in termino deficit. Syllogizant enim sic: Deus est dominus spiritualium et temporalium: summus Pontifex est vicarius Dei; ergo est dominus spiritualium et temporalium. Utraque namque propositio vera est, sed medium variatur et arguitur in quatuor terminis, in quibus forma syllogistica non salvatur; ut patet ex iis quae de Syllogismo simpliciter. Nam aliud est Deus, quod subjicitur in majori; et aliud vicarius Dei, quod praedicatur in minori.

Et si quis instaret de vicarii aequivalentia, inutilis est instantia; quia nullus vicariatus sive divinus, sive humanus, aequivalere potest

Cap. VII. [2] Editt. antiqu. *dicentes ipsum recepisse*
A. *aurum, thus et miram* (i. e. *myrrham*)
H. *ad designandum* — Edd. ant. *ad signandum*
Edd. *seipsum esse dominum*
[7] H. V. *Ad hoc respondeo*
[8] F. *ex termino* — L. P. *in terimo* (vocem *deficit* omittunt omnes manu exarati.) — Edd. ant. *in termino deficiunt* — Paulo aliter Ficinus habuisse videtur: *ma in tutto nego quello, che di qui si sforzano d'inferire*
L. *Simulant enim sic* — P. *Similant en. sic*
[9] Verba *summus Pontifex est vicarius Dei; ergo est dominus spiritualium et temporalium* non leguntur in M. P, sed abesse nequeunt.
[11] Edd. *Utraque enim*; sed a codicum consensu non erat recedendum.
[12] A. *forma syllog. non servatur*
[13] L. *ex iis quae de simillimo simpliciter*
A. H. P. *Nam alius est Deus*
[14] Verba *et aliud vicarius Dei, quod praedicatur in minori* praetermissa sunt in A. H. P.
[16] H. P. *quia nullus vicarius*, quod etiam Ficinus. habuisse videtur.

[2] Evang. MATTHAEI c. II. v. 11. „Intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum, et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum, thus, et myrrham.“ [13] ARISTOTELIS Analytica priora („De Syllogismo“), vel potius quartum PETRI Juliani (HISPANI) summularum logicalium tractatum, inde haustum, indicare videtur. — Quum terminus medius variatur, pro Deo vicarium Dei substituendo, non arguitur in tribus terminis justi syllogismi, sed additur quartus.

principali auctoritati: quod patet de levi. Nam scimus, quod successor Petri non aequivalet divinae auctoritati, saltem in operatione naturae; non enim posset facere, terram ascendere sursum, nec ignem descendere deorsum, per officium sibi commissum. Nec etiam possent omnia sibi committi a Deo; quoniam potestatem creandi, et similiter baptizandi nullo modo Deus committere posset, ut evidenter probatur, licet Magister contrarium dixerit in quarto.

Scimus etiam, quod vicarius hominis non aequivalet ei, quantum in hoc quod vicarius est, quia nemo potest dare quod suum non est. Auctoritas principalis non est principis nisi ad usum, quia nullus princeps seipsum auctorizare potest; recipere autem potest, atque dimittere, sed alium creare non potest, quia creatio principis ex principe non dependet. Quod si ita est, manifestum est, quod nullus

[1] Editt. aut. *quod patet de Levi.* Rectum vidit Ficinus.

[3] Editt. aliquot, non tamen eae, quae saeculo XVI lucem viderunt, *tamen ascendere sursum*

[4] Verba *nec ignem descendere deorsum* non exstant in F.

[5] V. et Edd. *potentiam creandi* — M. *potest. dandi*

[6] Unus Hung. habet *et similiter beatificandi.* Rectam tamen esse, quam retinuimus, vulgatam lectionem probat locus Petri Lombardi ab auctore allegatus.

[7] M. *Magister dizerit in contrarium* (omisso *in quarto*) — H. *Mag. contr. dix. in sententiis* — A. *Mag. contr. dix. in Christo*

[8] Verba *Scimus etiam, quod vicarius hominis non aequivalet ei, quantum in hoc quod vicarius est* non habentur in cod. V.

[8] [9] A. *in quantum in hoc* — An *in quantum hoc?*

[9] Cod. M. omittit *quia nemo potest dare quod suum non est*

[1] Petrus Lombardus (Magister sententiarum) lib. IV. dist. 5. § 2. „Ministerium baptizandi dedit Christus servis, sed potestatem sibi retinuit, quam, si vellet, poterat servis dare . . . . . sed noluit, ne servus in servo spem poneret.“ § 3. Quaeritur, quae sit illa potestas baptismi, quam Christus sibi retinuit, et potuit dare servis. Haec est, ut plurimi volunt, potestas dimittendi peccata in baptismo; sed potestas dimittendi peccata, quae in Deo est, Deus est. Ideo alii dicunt, hanc potestatem non potuisse dare alicui servorum, quia nulli potuit dare ut esset quod Ipse est, vel ut haberet essentiam quam Ipse habet, cui hoc est esse quod posse . . . . . Ad quod dici potest, quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non tamen ipsam eandem, qua Ipse potens est, sed potentiam creatam, qua servus posset dimittere peccata: non tamen ut auctor remissionis, sed ut minister, nec tamen sine Deo auctore, ut sicut in ministerio habet exterius sanctificare, ita interius mundaret Deo auctore . . . . . Ita ergo potuit dare servo potestatem dimittendi peccata in baptismo.“

princeps potest sibi substituere vicarium in omnibus aequivalentem; quare instantia nullam efficaciam habet.

[caput viii.]

Item adsumunt de litera ejusdem illud Christi ad Petrum: „Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis“: quod etiam omnibus Apostolis esse dictum similiter, accipiunt de litera Matthaei, similiter et Joannis. Ex quo arguunt, successorem Petri omnia, de concessione Dei, posse tam ligare, quam solvere, et inde inferunt, posse solvere leges et decreta Imperii, atque leges et decreta ligare pro regimine temporali; unde bene sequeretur illud, quod dicunt.

[1] M. *sibi remittere vicarium*

[2] A. L. et edd. ant. *quia instantia* — Nostram emendationem, Fraticellio probatam, firmant H. M. P. V. et Ficinus.

Cap. VIII. [6] Edd. male *solutum etiam in coelis*

[7] A. *Apostolis videtur esse dictum* — Edd. ante Fratic. qui emendationem nostram, nunc codd. auctoritate munitam, in textum recepit, *Apost. est dictum* — Ficinus *E questo vogliono che sia detto similmente a tutti gli Apostoli* — Editiones, manifesto errore, post *dictum* distinguunt.

[8] *similiter* jubentibus libris manu scriptis post *Matthaei* inseruimus — V. *Matth. simul et Joh.*

[5] Evang. Matthaei c. XVI. v. 19. — Cf. de hoc argumento disserentem Freibergium p. 44. 45. — Jam Innocentius III. eo utitur contra Philippum Augustum, regem Francorum in Decretali „Novit Ille, qui nihil ignorat“ (Decretal. Gregor IX. Lib. II. Tit. 1. cap. 13.), eoque, tanquam ultimo et gravissimo innititur Bonifacius VIII in Bulla „Unam sanctam“ (Extravagantes communes Lib. I. Tit. 8. cap. 1.) „Est autem haec auctoritas, et si data sit homini, et exerceatur per hominem, non humana, sed potius divina, ore divino Petro data, sibique, suisque successoribus in ipso, quem confessus fuit petra, firmata, dicente Domino ipsi Petro: „Quodcumque ligaveris“ etc.“ [8] Ev. Matth. c. XVIII. v. 18. — Ev. Johannis c. XX. v. 23. [10] Cf. Augustini Triumphi Summam de potestate Papae. Quaestio XLIX. Art. 4. 5. apud Freiberg l. c. p. 244, eundemque in Ephemerid. j. eccl. VIII. 108.

Et dicendum ad hoc per distinctionem contra majorem syllogismi, quo utuntur. Syllogizant enim sic: Petrus potuit solvere omnia, et ligare: successor Petri potest quicquid Petrus potuit; ergo successor Petri potest omnia solvere et ligare. Unde inferunt, auctoritatem et decreta Imperii solvere et ligare ipsum posse.

Minorem concedo, majorem vero non sine distinctione. Et ideo dico, quod hoc signum universale „Omne", quod includitur in „quodcumque", nunquam distribuit extra ambitum termini distributi. Nam si dico: Omne animal currit; omne distribuit pro omni eo, quod sub genere animalis comprehenditur. Si vero dico: Omnis homo currit; tunc signum universale non distribuit, nisi pro suppositis hujus termini, homo. Et quum dico: Omnis grammaticus; tunc distributio magis coarctatur.

Propter quod semper videndum est, quid est quod signum universale habet distribuere: quo viso, facile apparebit quantum sua distributio dilatetur, cognita natura et ambitu termini distributi. Unde quum dicitur, „Quodcumque ligaveris"; si hoc „quodcumque" sumeretur absolute, verum esset quod dicunt, et non solum hoc facere posset, quin etiam solvere uxorem a viro, et ligare ipsam alteri, vivente

1 M. *Et dicendum est ad hoc* — A. *Dicend. ad hoc est* —

per inter *hoc* et *distinctionem*, quod omittunt edd. antiqu. in uno V. desideratur.

A. *circa majores* — L. *esse majorem* — P. *ecclesia majorem*

M. *silogismum* — A. *simili*

2 M. *silogizantes enim* — A. *et syllogizantur enim* — P. *similant enim*

4 P. *Petri potuit omnia* — A cod. A. absunt verba *quidquid Petrus potuit, ergo successor Petri potest omnia*

7 A. *includitur in quocumque*

8 P. V. et editt. anteriores *extra habitum termini*

10 P. *sub genere animal* — Edd. male *sub gen. animali*

F. P. *comprehendit*

16 A. M. P. *videndum est, quid signum* — L. *vid. est quodquod sign*

17 A. P. *si li.* (i. e. *ligaveris* quod plenis literis exhibet V.) *quodcumque* — L. *si illud quodc.* — H. *si istud quodc.* — M. *si ibi quodc.*

primo, quod nullo modo potest. Posset etiam solvere me non poenitentem, quod etiam facere ipse Deus non posset.

Quum ergo ita sit, manifestum est, quod non absolute sumenda est illa distributio, sed respective ad aliquid. Quid autem illa respiciat, satis est evidens, considerato illo quod sibi conceditur, circa quod illa distributio subjungitur. Dicit enim Christus Petro: Tibi dabo claves regni coelorum; hoc est: Faciam te ostiarium regni coelorum. Deinde subdit: „Et quodcunque", quod est „Omne quod": id est, omne quod ad istud officium spectabit, solvere poteris et ligare. Et sic signum universale, quod includitur in „Quodcunque", contrahitur in sua distributione ab officio clavium regni coelorum. Et sic adsumendo, vera est illa propositio; absolute vero non, ut patet. Et ideo dico, quod etsi successor Petri, secundum exigentiam officii commissi Petro, possit solvere et ligare; non tamen propter hoc sequitur, quod possit solvere seu ligare decreta Imperii, sive leges, ut ipsi dicebant, nisi ulterius probaretur, hoc spectare ad officium clavium; cujus contrarium inferius ostendetur.

[caput ix.]

Accipiunt etiam illud Lucae, quod Petrus dicit Christo, cum

[1] H. *primo, certe quod nullo modo*
P. *me solvere impoenitentem*
[2] A. *quia etiam facere*
[4] A. F. L. M. *Quod autem illa*
[5] A. V. *considerato illud* — F. L. P. *consideratio illud* — M. *considerando illud*
A. F. V. *conceditur, contra quod,* quam lectionem et Oporinus notat in marg.
[7] Verba *Faciam te ostiarium regni coelorum* absunt a cod. M.
[8] Auctoritate codd. F. H. V. et Ficini omisimus copulam *et,* quae in reliquis codicibus et in editis praecedit verba *omne quod ad istud*
[9] A. *officium spectat* — V. *officium exspectabit*
[11] P. V. *contrahitur in suam distributionem*
[12] M. *Et sic sumendo*
[16] P. *posset solvere* — L. *posset absolvere*
[17] Sequimur codices A. P. V. — Reliqui et editt. *inferius ostenditur*
Cap. IX. [19] Codd. H. L. P. non indicant novi capitis initium
A. F. H. L. P. V. et aliquot editt. ant. *quod Petrus dixit* — Tamen cod. M. et Ficinum sequendos esse duximus.

[1] Cf. Auctoris Infernum XXVII. 118.

Assolver non si può, chi non si pente,
Nè pentere e volere insieme puossi,
Per la contradizion che nol consente.

[19] Evang. Lucae cap. XXII. v. 18. Cf. Friedberg De fin. regund. jud. p. 46—49.

ait: „Ecce duo gladii hic"; et dicunt, quod per illos duos gladios duo praedicta regimina intelliguntur; quae quoniam Petrus dixit esse ibi, ubi erat, hoc est apud se, inde arguunt, illa duo regimina, secundum auctoritatem, apud successorem Petri consistere.

5 Et ad hoc dicendum, per interemptionem sensus, in quo fundatur argumentum. Dicunt enim, illos duos gladios, quos adsignaverit Petrus, duo praefata regimina importare: quod omnino negandum est, tum quia illa responsio non fuisset ad intentionem Christi, tum quia Petrus, de more, subito respondebat ad rerum superficiem tantum.

10 Quod autem responsio non fuisset ad intentionem Christi, non

[2] P. *regna intulerunt*
Codd., vel literis disertis, vel solito abbreviationis signo usi, *quae quod Petrus* — Unus cod. F. simpliciter *quae Petrus*

[3] Conjecturam nostram, *inde arguunt* pro *unde arg* substituentem, probavit Fratic. Adversantur codices, quorum lectio, ut ferri possit, vel *quae quidem Petrus*, vel cum cod. F. *quae Petrus* legendum foret.

[5] A. *pro interpretatione*
A. H. L. V. *in quo fundant argumentum*

[6] A. H. P. *quos assignavit Petrus*

[7] A. P. *duo praefata* (A. *praeasserta*) *regna*

[8] P. *tum quia illa ratio*

[10] Cum codd. A. H. M. V. scripsimus *Quod autem responsio* — P. etiam hic *Quod autem ratio* — V. utroque loco olim idem habuisse videtur. — L. et editt. *Quod autem responsum*

et in Ephem. j. eccl. p. 86, 87. — Hoc argumentum prae omnibus apud scriptores medii aevi usitatissimum, jam saeculo XI. habemus in epistola decretali Gregorii VII. in Mansii collectione Concil. XX. 331. sq. Recurrit in Speculo Saxonico, initio saec. XIII. composito (transl. vet.) „Duorum gladiorum potestatem, spiritualem scilicet et saecularem, ad defendendum suum populum, Christus in sua approbavit Ecclesia. Ex quibus Papam, spiritualem, et Romanum Principem saecularem habere, nemo ambigit." Permagnum ei momentum tribuere videtur Bonifacius VIII. in Bulla „Unam sanctam": „In hac ejusque potestate duos esse gladios, spiritualem videlicet et temporalem, evangelicis dictis instruimur. Nam dicentibus Apostolis: „Ecce gladii duo hic" — in Ecclesia scilicet, quum Apostoli loquerentur —, non respondit Dominus, nimis esse, sed satis. Certe, qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis: „Converte gladium tuum in vaginam." Uterque est in potestate Ecclesiae, spiritualis scilicet gladius et materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia exercendus. Ille sacerdotis, is manu regum et militum, sed ad nutum et patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, et temporalem auctoritatem spirituali subjici potestati. Nam quum dicat Apostolus: „Non est potestas, nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinata sunt," non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, et tanquam inferior reduceretur per alium in suprema."

erit immanifestum, si considerentur verba praecedentia, et causa verborum. Propter quod sciendum, quod hoc dictum fuit in die coenae; unde Lucas incipit superius sic: „Venit autem dies azymorum, in quo necesse erat occidi Pascha"; in qua quidem coena praeloquutus fuerat Christus de ingruente passione, in qua oportebat ipsum separari a discipulis suis. Item sciendum, quod ubi ista verba intervenerunt, erant simul omnes duodecim discipuli; unde parum post verba praemissa dicit Lucas: „Et quum facta esset hora, discubuit, et duodecim Apostoli cum eo." Et ex hinc continuato colloquio venit ad haec: „Quando misi vos sine sacculo et pera et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui habet sacculum, tollat, similiter et peram; et qui non habet, vendat tunicam, et emat gladium." In quo satis aperte intentio Christi manifestatur; non enim dixit: Ematis, vel habeatis duos gladios, imo duodecim; quum ad duodecim discipulos diceret: „Qui non habet, emat", ut quilibet haberet unum. Et hoc etiam dicebat, praemonens eos pressuram futuram, et despectum futurum erga eos, quasi diceret: Quousque fui vobiscum, recepti eratis, nunc fugabimini; unde oportet

[1] H. et V. pro *non erit immanifestum* habent *erit manifestum*
[4] H. M. *in qua quidem praeloquutus*
A. H. L. P. *fuit Christus*
[6] A. M. *sciendum est quod*
[8] P. *post verba praedicta*
H. *dicit evangelista Lucas*
P. *discumbit et duodecim discipuli cum eo*
[9] H. V. et editt. *Ex hinc continuato* — Sequimur A. L. M. P. — A. *Ex hinc cont. eloquio*
F. L. M. V. *venit ad hoc*
[10] F. *quoniam misi vos*
[10 11] L. *numquid, inquit, defuit* — P. *ut quid, inquit, defuit*
[15] A. et editt. *ad duodecim discipulos loqueretur* — Cum F. H. L. M. P. V. reposuimus *diceret.*
[17] A. *praemonens eos pressuram futuram cum despectuis* (sic) *futuris* — P. *praem. eos pressuram facturam ad despectum facturum* — Edd. *praem. eos de pressura futura, et despectu futuro* — Dedimus quae habent H. L. M. V.
[18] Edd. cum L. V. *nunc autem fugabimini*
Reposuimus *unde oportet* cum L. P. pro *ut oporteat,* quod habent editt. — M. *unde opus* — A. *bene oportet* — H. V. *ut oportet*

[3] Evang. Lucae cap. cit. vers. 7. [8] Ibid. vers. 14. [9] Ibid. vers. 35. 36.

vos praeparare vobis etiam ea, quae jam prohibui vobis, propter necessitatem. Itaque si responsio Petri, quae est ad hoc, fuisset sub intentione illa, jam non fuisset ad eam quae erat Christi; de quo Christus ipsum increpasset, sicut multoties increpuit, quum inscie re-
5 spondit. Hic autem non fecit, sed acquievit, dicens ei: „Satis est"; quasi diceret: Propter necessitatem dico; sed si quilibet habere non potest, duo sufficere possunt.

Et quod Petrus de more ad superficiem loqueretur, probat ejus festina et impraemeditata praesumptio, ad quam non solum fidei
10 sinceritas impellebat, sed, ut credo, puritas et simplicitas naturalis. Hanc suam praesumptionem scribae Christi testantur omnes.

Scribit autem Matthaeus, quum Jesus interrogasset discipulos: „Quem me esse dicitis?" Petrum ante omnes respondisse: „Tu es Christus, filius Dei vivi." Scribit etiam, quod Christus, quum di-
15 ceret discipulis, quia oportebat eum ire in Hierusalem, et multa pati; Petrus adsumpsit eum, et coepit increpare illum, dicens: „Absit a te,

[1] Editt. contra unanimem codicum consensum *quae ante inhibui vobis propter futuram necessitatem* — Ficinus integrum locum ita reddit: *eravate ricevuti, ora sarete scacciati; onde conviene che v'apparecchiate eziandio quelle cose che già vi vietai, perchè così la necessità richiede.*

[2] Editt. *responsio Petri facta ad haec.* — Sequimur codd. inter se consentientes.

[3] H. L. P. *ad ea quae erat Christi*

[4] L. M. V. *multoties increpavit*

[4 5] P. *cum jussit, respondet* — A. L. *cum inscie responderet* — Edd. *cum inscite respondit*

[5] H. et editt. recentt. *Hoc autem non fecit*, cui Ficinus consentire videtur — M. *Haec aut. non fecit* — Reliqui quod dedimus exhibent.

[5] Edd. ant. *acquievit ei, dicens: Satis est* — recentt. *acquievit, dicens; Satis est*

[6] V. *quod si quilibet*

[7] M. *habere non posset*

[9] L. *probat sua festina* — M. *probat ejus infestina*

[10] P. *fidei sideritatis*
Editt. *sed credo puritas*

[12] Editt. *Matthaeus, quod cum*

[13] H. *discipulos suos, dicens: Quem*
A. P. *Quem esse dicitis* — Editt. male *Quem esse me dic.*

[14] H. M. V. *Scribit etiam, cum Christus diceret* — A. L. *Scr. etiam, quod cum Chr. diceret*

[16] Editt. *assumpsit eum Petrus*
Editt. *coepit increpare eum* — P. *incepit increp. illum*
Editt. male *Absit hoc a te*

[5] Evang. LUCAE cap. cit. vers. 38. [12] Evang. MATTHAEI cap. XVI. v. 15, 16.
[14] Ibid. vers. 21. [16] Ibidem vers. 22, 23.

Domine; non erit tibi hoc." Ad quem Christus, redarguens, conversus dixit: „Vade post me, Satana."

Item scribit, quod in monte transfigurationis, in conspectu Christi, Moysi, et Heliae, et duorum filiorum Zebedaei, dixit: „Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Heliae unum."

Item scribit, quod quum discipuli essent in navicula tempore noctis, et Christus ambularet super aquam, Petrus dixit „Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas."

Item scribit, quod quum Christus praenunciaret scandalum discipulis suis, Petrus respondit: „Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor." Et infra: „Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo." Et hoc etiam contestatur Marcus. Lucas vero scribit, Petrum etiam dixisse Christo, parum supra verba praemissa de gladiis: „Domine, tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire."

Joannes autem dicit de illo, quod quum Christus vellet sibi lavare pedes, Petrus ait: „Domine, tu mihi lavas pedes?" Et infra: „Non lavabis mihi pedes in aeternum."

Dicit etiam, ipsum gladio percussisse ministri servum: quod etiam conscribunt omnes quatuor.

1 H. et editt. *Christus, eum redarguens*
4 *Domine,* quod cum sacro textu habent omnes, praetermittunt editt.
10 F. P. *scribit, cum Christus*
12 A. F. L. *ego non scandalizabor*
Editt. contradicentibus tam Evangelista, quam codd. manuscriptis *Etsi oportuerit me simul mori*
15 A. L. M. P. V. *paratus sum in carcerem (M. carcere)*
21 P. *quod etiam scribunt*

2 Evang. Matthaei cap. XVII. v. 4. 7 Ibid. cap. XIV. v. 28. 10 Ibid. cap. XXII. v. 33, 35. 13 Evang. Marci cap. XIV. v. 29. — Evang. Lucae cap. XXII. v. 33. 17 Evang. Johannis cap. XIII. v. 6, 8. 20 Ibid. cap. XVIII. v. 10. 21 Evang. Matthaei cap. XXVI. v. 51. — Ev. Marci cap. XIV. v. 47. — Ev. Lucae cap. XXII. v. 50.

Dicit etiam Joannes, ipsum introivisse subito, quum venit in monumentum, videns alium discipulum cunctantem ad ostium.

Dicit iterum, quod exsistente Jesu in litore, post resurrectionem, quum Petrus audivisset quia Dominus esset, tunica subcinxit se (erat
5 enim nudus), et misit se in mare.

Ultimo dicit, quod quum Petrus vidisset Joannem, dixit Jesu: „Domine, hic autem quid?“

Juvat quippe talia de Archimandrita nostro in laudem suae puritatis continuasse, in quibus aperte deprehenditur, quod quum de
10 duobus gladiis loquebatur, intentione simplici respondebat ad Christum.

Quod si verba illa Christi et Petri typice sunt accipienda, non ad hoc quod dicunt isti, trahenda sunt, sed referenda sunt ad sensum illius gladii, de quo scribit Matthaeus sic: „Nolite arbitrari, quia veni pacem mittere in terram; non veni pacem mittere, sed gladium.
15 Veni enim separare hominem adversus patrem suum,“ etc. Quod quidem fit tam verbo, quam opere. Propter quod dicebat Lucas ad Theophilum: „quae coepit Jesus facere et docere“. Talem gladium Christus emere praecipiebat, quem duplicem ibi esse Petrus etiam respondebat. Ad verba enim et opera parati erant, per quae facerent

[3] Lectioni *existente Christo in litore*, quam habent editt., adversantur textus sacer, codd. et Ficinus. — P. *exeuite Jesu* L. *in litore maris*

[4] A. L. P. V. *tunicam subcinxit se* — Edd. *subcinxit se tunica*

[6] Omnes, praeter A. L. *vidisset Joannem, dicit*
A. *dixit Christo*

[8] Z. *de Archimandrita vestro* — H. *Archimandritam nostrum*

[10] L. *glodiis loqueretur*

[12] Edd. *non ad hoc tamen, quod*
P. *quod deberent isti*
M. *trahenda, sed*
A. et edd. *sed referenda ad sensum*

[13] A. H. L. P. V. *Nolite ergo arbitrari*

[15] F. P. Z. *adversus fratrem suum*

[1] Ev. JOHANNIS cap. XX. v. 6. Cf. Parad. XXIV. 125.

O santo patre, spirito che vedi
Ciò che credesti sì, che tu vincesti
Ver lo sepolcro i più giovani piedi.

[3] Ibid. cap. XXI. v. 7. [6] Ibid. vers. 21. [8] Simili ratione noster in Parad. XI. 99. beatum Franciscum archimandritam dicit. [13] Evang. MATTH. cap. X. v. 34, 35. [16] Actus Apostol. cap. I. v. 1.

quod Christus dicebat, se venisse facturum per gladium, ut dictum est.

[caput x.]

Dicunt adhuc quidam, quod Constantinus Imperator, mundatus a lepra intercessione Sylvestri, tunc summi Pontificis, Imperii sedem, scilicet Romam, donavit Ecclesiae, cum multis aliis Imperii dignitatibus. Ex quo arguunt, dignitates illas deinde neminem adsu- 5

[1] Edd. *dicebat: scilicet, se venisse*
A. F. L. *futurum per gladium*
Cap. X. [6] A. *Imp. sedem, scilicet Romanam* — P. *Imp. sedem, id est Romam* — M. *Imp. sed. sed et Romanam* — L. *non solum Imp. sed. sed Romam*
[7] Editt. *illas posthac neminem*

[1] Commentorum de Silvestro, Constantinum a lepra miraculose sanante, origines et progressus elegantissime illustravit Doellinger in libro de fabulis medii aevi Papas spectantibus p. 52—61. De fide eis tribuenda non dubitavit noster. Cf. Infern. XXVII. 94.

..... Constantin chiese Silvestro
Dentro Siratti a guarir della lebbre.

[2] De ementita Constantini donationes, post tot alios, doctissime tractavit Doellinger loco quo supra p. 61—106. Cf. et Friedbergium De finium etc. p. 52—58. Hanc etiam fabulam, cum synchronis, quae revera facta erant reddere credidit Dantes. Cf. Inf. XIX. 115.

Ahi Constantin, di quanto mal fu matre,
Non la tua conversion, ma quella dote
Che da te prese il primo ricco patre!

Purgat. XXXII. 124.

Poscia, per indi ond' era pria venuta,
L'aquila vidi scender giù nell' arca
Del carro, e lasciar lei di sè pennuta.

E qual esce di cor che si rammarca,
Tal voce uscì dal cielo, e cotal disse:
O navicella mia, com' mal sei carca!

Parad. XX. 55. (Cf. supra lib. II. cap. 12.)

L'altro che segue, con le leggi e meco,
Sotto buona intenzion che fe' mal frutto,
Per cedere al pastor, si fece Greco.

Ora conosce, come il mal, dedutto
Dal suo bene operar, non gli è nocivo,
Avvegna che sia il mondo indi distrutto.

mere posse, nisi ab Ecclesia recipiat, cujus eas esse dicunt. Et ex hoc bene sequeretur, auctoritatem unam ab alia dependere, ut ipsi volunt.

Positis et solutis igitur argumentis, quae radices in divinis elo-
5 quiis habere videbantur, restant nunc illa ponenda et solvenda, quae in gestis Romanis et ratione humana radicantur. Ex quibus primum est, quod praemittitur, quod sic syllogizant: Ea quae sunt Ecclesiae, nemo de jure habere potest, nisi ab Ecclesia; et hoc conceditur. Romanum regimen est Ecclesiae; ergo ipsum nemo de jure habere
10 potest, nisi ab Ecclesia. Et minorem probant per ea quae de Constantino superius tacta sunt.

Hanc ergo minorem interimo; et quum probant, dico quod sua probatio nulla est, quia Constantinus alienare non poterat Imperii dignitatem, nec Ecclesia recipere. Et quum pertinaciter instant, quod
15 dico, sic ostendi potest: Nemini licet ea facere per officium sibi deputatum, quae sunt contra illud officium; quia sic idem, in quantum idem, esset contrarium sibi ipsi: quod est impossibile. Sed contra officium deputatum Imperatori est, scindere imperium; quum officium ejus sit, humanum genus uni velle, et uni nolle tenere subjectum, ut
20 in primo hujus de facili videri potest: ergo scindere Imperium, Imperatori non licet. Si ergo aliquae dignitates per Constantinum essent alienatae (ut dicunt) ab Imperio, et cessissent in potestatem Ecclesiae,

1 A. *Ex hoc bene* — M. P. *Et hoc bene* — V. *Ad hoc bene*
2 M. *sequitur*
M. *auctoritatem illam ab illa depend.*
4 Editt. *Positis igitur et solutis*
5 A. M. V. *restat nunc illa*
6 A. F. H. P. V. et editt. aut. *in gestis humanis* — Adversantur reliqui codd. et Ficinus
8 Verba *de jure* exulant a cod. P.
9 F. L. M. *Romanum regnum*
11 A. *superius tractata sunt*
12 Verba *Hanc ergo minorem interimo, et quum probant* absunt a cod. A.
13 P. *non poterat jura Imp.*
14 L. *Et cum etiam pert.*
H. *pertinacius*
Edd. recentt. monstruose *istent*
15 M. *officium sibi commissum vel deput.*
20 Editt. *in primo hujus facile videri*
22 Conjecturam nostram, a Fraticellio receptam, jam firmant A. H. M. V. — L. *et cessisset in potestate* — P. *et concessissent in potestatem* — F. *et concesisset in potestatem* — Editt. Fraticellianae anteriores *et excessissent in potestate*

scissa esset tunica inconsutilis, quam scindere ausi non sunt etiam qui Christum verum Deum lancea perforarunt.

Praeterea, sicut Ecclesia suum habet fundamentum, sic Imperium suum: nam Ecclesiae fundamentum Christus est. Unde Apostolus ad Corinthios: „Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus.“ Ipse est petra, super quam aedificata est Ecclesia; Imperii vero fundamentum, jus humanum est. Modo dico, quod sicut Ecclesiae fundamento suo contrariari non licet, sed debet semper inniti super illud, juxta illud Canticorum: „Quae est ista, quae ascendit de deserto, delitiis affluens, innixa super dilectum suum“? sic et Imperio licitum non est, contra jus humanum aliquid facere. Sed contra jus humanum esset, si seipsum Imperium destrueret; ergo Imperio seipsum destruere non licet. Quum ergo

[1] H. *ausi non fuerunt*
Edd. *sunt qui Christum* — F. *sunt etiam per Chr.*
[2] M. *lancea perforarint* — F. *lancea perforare*
[3] Editt. *sic etiam Imperium*
[4] F. P. ab altero ad alterum *fundamentum* prosiliunt
[5] A. *ponere, nisi id*
[6] Sequimur codd. H. M. — In F. P. V. desunt verba *quod est* — A. L. et editt. *qui est Christus*
[7] M. *super quam fundata est*
[8] F. *Modo dico sicut Ecclesiae*
A. *sicut Ecclesia*
[9] A. *sed inniti semper super*
P. *illud Cantici* — A. *illud Canticae*
[10] P. *affluens, invisa suum,* quod habetur in textu sacro, addidimus cum H.
V. *super delictum*
[12] M. a primo ad secundum *seipsum* prosiliens, omittit verba *imperium destrueret: ergo imperio seipsum*
[13] A. V. *ergo Imperium seipsum*

[1] Evang. Johannis XIX. 23. — Argumento tunicae inconsutilis, ut contrariam defendat sententiam, utitur Bonifacius in Bulla „Unam sanctam“: „Pro anima, id est pro se ipso, capite simul oravit (Psalmista, Ps. 22. [cath. 21.] v. 20.) et corpore, quod corpus unicam scilicet Ecclesiam nominavit ..... Haec est tunica inconsutilis, quae scissa non fuit, sed sorte provenit. Igitur Ecclesiae unius et unicae unum corpus, unum caput ... Christus videlicet, et Christi vicarius Petrus, Petrique successor:“
[4] Paulus I. Epist. ad Corinth. cap. III. v. 11. [9] Cantic. Canticorum Cap. VIII. v. 5. [13] Cf. Engelbertum Admontens. De ortu et fine Rom. Imp. cap. 18. „Nequaquam licuit Hadriano Imperatori, vel Joviniano, fines Imperii simpliciter et cum renunciatione tradere, et Imperium circa fines debitos limitare; nec ulli Imperatori unquam licuit, vel licebit, quia tum caderet a nomine et dignitate Augusti, quod significat Imperium debere semper augeri, et nunquam minui.“

scindere Imperium, esset destruere ipsum, consistente Imperio in unitate Monarchiae universalis; manifestum est, quod Imperii auctoritate fungenti, scindere Imperium non licet. Quod autem destruere Imperium sit contra jus humanum, ex superioribus est manifestum.

5 Praeterea omnis jurisdictio prior est suo judice; judex enim ad jurisdictionem ordinatur, et non e converso. Sed Imperium est jurisdictio, omnem temporalem jurisdictionem ambitu suo comprehendens; ergo ipsa est prior suo judice, qui est Imperator, quia ad ipsam Imperator est ordinatus, et non e converso. Ex quo patet, quod Im-
10 perator ipsam permutare non potest, in quantum Imperator, quum ab ea recipiat esse quod est. Modo dico sic: Aut ille Imperator erat, quum dicitur Ecclesiae contulisse, aut non. Et si non, planum est quod nihil poterat de Imperio conferre. Si sic, quum talis collatio esset minoratio jurisdictionis, in quantum Imperator, hoc facere non
15 poterat.

Amplius: si unus Imperator aliquam particulam ab Imperii jurisdictione discindere posset, eadem ratione et alius. Et quum jurisdictio temporalis finita sit, et omne finitum per finitas decisiones absumatur; sequeretur, quod jurisdictio prima posset annihilari: quod
20 est irrationabile.

Adhuc, quum conferens habeat se per modum agentis; et cui confertur, per modum patientis, ut placet Philosopho in quarto ad Nicomachum; non solum ad collationem esse licitam requiritur dispo-

[3] A. L. M. *Quod autem scindere Imperium*
[5] H. *jurisdictio proprior est*
[6] L. *et non e contrario*
Edd. antiqu. *Sed Imperio est jurisdictio* — An *Sed Imperii est jurisdictio?*
[8] L. *cum ad ipsam* — M. *quare ad ipsam*
[9] L. *et non e contrario*
[12] A. *Imperator erat, qui dicitur*
[14] L. M. *minoratio jurisdictionis Imperii*
[16] Hinc novum caput incipiunt A. F. P.
[19] Retinemus *absumatur*, quod, conjecturam nostram sequutus, in textum recepit Fratic., licet expressis literis non habeatur in codd., qui *assumatur* (quod exhibent editt. anteriores) scribentes, non distinguunt inter *absumatur* et *adsumatur*. Quae si displicent, legas cum V. *consumatur*
L. *jurisdictio propria posset*
[22] A. L. *in decimo ad Nicom.*
[23] A. P. V. *non solum ad collectionem*

[23] ARISTOTELES Ethica Nicom. lib. IV. cap. 1. transl. antiqua: „Magis est liberalitas

sitio conferentis, sed etiam ejus cui confertur: videtur enim in patiente disposito actus activorum inesse. Sed Ecclesia omnino indisposita erat ad temporalia recipienda, per praeceptum prohibitivum expressum, ut habemus per Matthaeum, sic: „Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via," etc. Nam etsi per Lucam habemus relaxationem praecepti, quantum ad quaedam; ad possessionem tamen auri et argenti licentiatam Ecclesiam post prohibitionem illam invenire non potui. Quare si Ecclesia recipere non poterat, dato quod Constantinus hoc facere potuisset de se; actio tamen illa non erat possibilis, propter patientis indispositionem. Patet igitur, quod nec Ecclesia recipere per modum possessionis, nec ille conferre per modum alienationis poterat. Poterat tamen Imperator, in patrocinium Ecclesiae, patrimonium et alia deputare, immoto semper superiori dominio, cujus unitas divisionem non patitur. Poterat et vicarius Dei recipere, non tanquam possessor, sed tanquam fructuum pro Ecclesia, pro Christi pauperibus dispensator; quod Apostolos fecisse, non ignoratur.

[CAPUT XI. (X.)]

Adhuc dicunt, quod Hadrianus Papa Carolum Magnum

[1] M. P. V. *videntur enim*

[2] A. *in patiente et dispositio* — H. P. V. et edd. *in pat. et disposito* — Sequimur codd. L. M. et Ficinum: *perchè pare, che le operazioni degli agenti sieno nel paziente disposto*

[3] L. *ad imperialia recipienda*

[6] F. P. *habemus relationem praecepti*

[7] A. H. *quantum ad quandam possessionem*

[10] F. P. *propter patientis dispositionem* — Edd. ant. *propter pat. a dispositionem*, quod probari potest, si *a* et *dispositionem* in unam vocem contrahantur.

[16] L. M. *pro Ecclesia, pro pauperibus* — Editt. *pro Eccl. proque Christi pauperibus* — Sequimur codd. A. H. P. V. et Ficinum *come dispensatore de' frutti a' poveri di Cristo*

[17] A. H. L. V. *quod apostolus fecisse* — M. *quod apostolum fecisse*

Cap. XI. [19] Novi capitis initium indicant M. et Oporini editio princeps.
P. *quod Andrianus Papa*

dare quibus oportet, quam accipere unde oportet, et non accipere unde non oportet. Virtus enim magis benefacere, quam bene pati, et bene operari magis quam turpia non operari." [4] Evang. Matthaei cap. X. v. 9 [6] Evang. Lucae cap. IX. v. 3, cap. X. v. 4. [19] Dicit de expeditione a Carolo Magno anno 773. ad pe-

sibi et Ecclesiae advocavit, ob injuriam Longobardorum tempore Desiderii regis eorum, et quod Carolus ab eo recepit Imperii dignitatem; non obstante, quod Michael imperabat apud Constantinopolim. Propter quod dicunt, quod omnes qui fuerunt Romanorum Imperatores post
5 ipsum, et ipse, advocati Ecclesiae sunt, et debent ab Ecclesia advocari. Ex quo etiam sequeretur illa dependentia, quam concludere volunt.

Et ad hoc infringendum dico, quod nihil dicunt; usurpatio enim juris non facit jus. Nam si sic, eodem modo auctoritas Ecclesiae probaretur dependere ab Imperatore; postquam Otto Imperator Leonem
10 Papam restituit, et Benedictum deposuit, nec non in exilium in Saxoniam duxit.

[CAPUT XII. (XI.)]

Ratione vero sic arguunt. Sumunt etenim sibi principium de decimo primae Philosophiae, dicentes: Omnia, quae sunt unius gene-
15 ris, reducuntur ad unum, quod est mensura omnium quae sub illo genere[1] sunt. Sed omnes homines sunt unius generis: ergo debent reduci ad unum, tanquam ad mensuram omnium eorum. Et quum

[1] Verba *ob injuriam* habent codd. quos inspeximus omnes, quibus accedit Ficini auctoritas. Desiderantur in editt. ant.

[2] F. *Michael Imperator imperabat*

[3] L. M. P. *post quam et qui*
A. *et dicunt ab Ecclesia*
H. *ab Eccl. auctorari* — Verba *et debent ab Eccl. advocari* non leguntur in F.

[7] *infringendum quasi dico, quasi nihil dicunt* — H. *infr. dico quasi nihil dicunt*

[9] H. *post vero Otto* — P. *postquam Tito*

[10] M. *Benedictum disposuit*

Cap. XII. [13] A. L. *Sumunt enim sibi principium* (A. *primam*) — M. *Sumunt etenim sibi princ.* — V. *sumunt etenim princ.*

[14] A. *de decima primae Philos. dicentis* — H. *decimo primae dicentes* — M. *de decimo propriae Phil. dicentes* — Z. *de decimo Phil. dicentes*

titionem Papae Hadriani I. contra Desiderium regem Longobardorum suscepta. Qui tamen eo tempore in Oriente imperabat, non erat Michael Rhangabes, sed Constantinus Copronymus. [9] Puta Ottonem primum, qui anno 964. Benedictum V. deposuit, et Hamburgum in exilium misit, Leonem vero VIII. restituit. [14] ARISTOTELES Metaphys. X. 1. (Lect. 2.) transl. ant. „Sic itaque metrum omnium quod unum, quia cognoscimus ex quibus est substantia, dividentes aut secundum quantitatem, aut secundum speciem."

summus Antistes et Imperator sint homines, si conclusio illa est vera, oportet quod reducantur ad unum hominem. Et quum Papa non sit reducendus ad alium, relinquitur, quod Imperator, cum omnibus aliis, sit reducendus ad ipsum, tamquam ad mensuram et regulam; propter quod sequitur etiam idem quod volunt. 5

Ad hanc rationem solvendam, dico, quod quum dicunt: Ea, quae sunt unius generis, oportet reduci ad aliquod unum de illo genere, quod est metrum in ipso, verum dicunt. Et similiter verum dicunt, dicentes, quod omnes homines sunt unius generis. Et similiter verum concludunt, quum inferunt ex his, omnes homines esse reducendos ad 10 unum metrum in suo genere. Sed quum ex hac conclusione subinferunt de Papa et Imperatore, falluntur secundum accidens.

Ad cujus evidentiam sciendum, quod aliud est esse hominem, et aliud est esse Papam. Et eodem modo, aliud est esse hominem, aliud esse Imperatorem; sicut aliud est esse hominem, aliud esse pa- 15 trem et dominum: homo enim est id, quod est per formam substantialem, per quam sortitur speciem et genus, et per quam reponitur sub praedicamento substantiae. Pater vero est id, quod est per formam accidentalem, quae est relatio, per quam sortitur speciem quandam et genus, et reponitur sub genere ad aliud suae 20

[1] F. *si ergo illa est vera*

[3] A. *reliquum quod Imp.* — P. *reliqua quod Imp.* — M. *refert quod Imp.*

[5] M. *sequitur etiam id quod* — P. *sequitur etiam illud quod* — L. *sequ. etiam illum quod* — A. *sequ. etiam quod*

[7] *oportet reduci*, quod reposuimus, habent H. L. M. P. V. et princeps Oporini. Posteriores editt. errore typothetae, uti videtur, *oporteret duci*

[8] P. *quod est metrum de ipso*

[10] P. *inferunt etiam in his*
M. *omnes homines reducendos*

[12] M. *subinfertur de Papa*

[14] A. P. *esse hominem; aliud est*

[15] H. P. V. *aliud est esse Imperatorem aliud est esse hominem*, quod in textum restituimus, habent H. M. P. V. et editt. antiquae. — *est* desideratur in L.. et apud recentiores.
L. P. *et aliud est esse patrem* — H. V. *aliud est esse patrem*

[16] M. *patrem vel dominum*

[18] A. H. L. M. P. V. *Pater enim est*

[20] A. H. L. P. *sub genere ad aliquid* — V. *sub gen. ad aliquod*
Pro *sive relationis*, quod habent tantum non omnes, cum cod. V. substituimus *suae relationis*

[28] Verbis „praedicamentum" et „genus" quasi synonimis utitur auctor.

relationis. Aliter omnia reducerentur ad praedicamentum substantiae; quum nulla forma accidentalis per se subsistat, absque hypostasi substantiae subsistentis: quod est falsum. Quum ergo Papa et Imperator sint id, quod sunt per quasdam relationes; quia per Pa-
5 patum et per Imperiatum, quae relationes sunt, altera sub ambitu paternitatis, et altera sub ambitu dominationis: manifestum est quod Papa et Imperator, in quantum hujusmodi, habent reponi sub praedicamento relationis, et per consequens reduci ad aliquod exsistens sub illo genere.

10 Unde dico, quod alia est mensura, ad quam habent reduci, prout sunt homines; et alia, prout sunt et Papa et Imperator. Nam, prout sunt homines, habent reduci ad optimum hominem, qui est mensura omnium aliorum et idea, ut ita dicam, quisquis ille sit, ad exsistentem maxime unum in genere suo; ut haberi potest ex ultimis ad Nico-
15 machum. In quantum vero sunt relativa quaedam, ut patet, reducenda sunt vel ad invicem, si alterum subalternatur alteri; vel in specie communicant per naturam relationis; vel ad aliquod tertium ad quod

2 P. *absque compostasy*
5 A. *per Papatum et per Imperatum* — L. M. V. *per Papatum et per Imperium* — H. P. *per Papatum et Imperiatum*
6 7 H. *manifestum est quod et Papa*
7 L. V. *in quantum hujus habent* — P. *in qu. hujus habetur*
8 A. L. *reduci ad aliquid existens* — P. *red. ad aliquod ens*
11 P. V. *et alia prout sunt Papa* M. *Nam ut sunt homines* — H. *Nam ut quod sunt homines*
13 P. *et ideo, ut ita dicam* — A. F. H. L. M. V. *et ideo, ut dicam*
14 A. F. H. L. P. V. *in genere, ut haberi.* In uno M. habetur *suo*, quod abesse nequit. *ex ultimis ad Nicom.* habent tam manu scripti quam typis expressi antiq. — Recent *ex ultimo ad Nic.*
15 P. *sunt relata quaedam* — In M. deest *quaedam*
16 Ficinus et quotquot exstant editt. supino errore *reducenda sunt vel ad judicem* — Justam lectionem exhibent A. H. L. M. P. V.

11 ARISTOTELES Ethica Nicom. Lib. X. cap. 5. (lect. 8.) transl. ant. „Si autem hoc bene dicitur, quemadmodum videtur, et est uniuscujusque mensura virtus, et bonus, secundum quod talis, et delectationes erunt utique quae huic videntur, et delectabilia quibus iste gaudet.“ Ibid. cap. 7 (lect. 11) „Si itaque divinum intellectus ad hominem, et secundum hanc divina vita ad humanam vitam. Oportet autem non secundum suadentes humana sapere hominem, neque mortalia mortalem, sed in quantum contingit immortalem facere, et omnia facere ad vivere secundum optimum eorum, quae in ipso.“

reducantur, tanquam ad communem unitatem. Sed non potest dici, quod alterum subalternetur alteri; quia sic alterum de altero praedicaretur: quod est falsum. Non enim dicimus: Imperator est Papa, nec e converso. Nec potest dici, quod communicent in specie; quum alia sit ratio Papae, alia Imperatoris, in quantum hujusmodi: ergo reducuntur ad aliquid, in quo habent uniri.

Propter quod sciendum, quod sicut se habet relatio ad relationem, sic relativum ad relativum. Si ergo Papatus et Imperiatus, quum sint relationes superpositionis, habeant reduci ad respectum superpositionis, a quo respectu cum suis differentialibus descendunt; Papa, et Imperator, quum sint relativa, reduci habebunt ad aliquod unum in quo reperiatur ipse respectus superpositionis, absque differentialibus aliis. Et hoc erit vel ipse Deus, in quo respectus omnis universaliter unitur; vel aliqua substantia Deo inferior, in qua respectus superpositionis, per differentiam superpositionis, a simplici respectu descendens, particuletur. Et sic patet, quod Papa et Imperator, in quantum homines, habent reduci ad unum; in quantum vero Papa et Imperator, ad aliud: et per hoc patet ad rationem.

1 A. P. V. *sed non potest dicere*
2 F. *quod alterum subalternatur*
3 V. *non enim decimus Imperator* — Editt. ant. ridicule errantes *non enim Decius Imp.* Cf. Gabr. Rossetti *Sullo spir. antipap.* p. 276. 77. et quae diximus in libro, cui titulus *Dante-Forschungen* p. 115.
4 A. H. L. M. V. *est Papa, et e converso* L. *e contrario*
5 A. *ratio sit Papae, Imperatoris* — L. *rat. Papae et Imp.* — H. P. *sit rat. Papae et Imp.*
7 A. M. *Propter quod sciendum est quod*
8 L. *sic se habet relat.*
A. H. *relatum ad relativum* — V. *relatum ad relatum* — Editt. antiqu. *relativum ad relatum*
A. M. *Papatus et Imperatus*
9 H. L. M. P. *relationes suppositionis ... ad respectum suppositionis*
P. *habent reduci*
10 L. *a quibus respectu* — Edd. ant. *ad quod resp.*
11 P. *relativa, reduci habent*
12 L. M. P. *respectus suppositionis*
13 V. *respectus omnis naturaliter unitur*
14 H. L. M. P. *in qua respectus suppositionis*
15 Verba *per differentiam super positionis* desunt in A. H. L. M. P. V., sed habentur in vers. Ficini et addita sunt in marg. codicis V.
L. *a simplici relatu descendens*
17 M. *debent reduci ad unum*
18 L. *per hoc patet rationi*

[CAPUT XIII. (XII.)]

Positis et exclusis erroribus, quibus potissime innituntur, qui Romani Principatus auctoritatem dependere dicunt a Romano Pontifice, redeundum est ad ostendendum veritatem hujus tertiae quaestionis, quae a principio discutienda proponebatur: quae quidem veritas apparebit sufficienter, si sub praefixo principio inquirendo, praefatam auctoritatem immediate dependere a culmine totius entis ostendero, qui Deus est. Et hoc erit ostensum, vel si auctoritas Ecclesiae removeatur ab illa, quum de alia non sit altercatio; vel si ostensive probetur, a Deo immediate dependere.

Quod autem auctoritas Ecclesiae non sit causa Imperialis auctoritatis, probatur sic: Illud, quo non existente, aut quo non virtuante, aliud habet totam suam virtutem, non est causa illius virtutis; sed Ecclesia non existente, aut non virtuante, Imperium habuit totam suam virtutem: ergo Ecclesia non est caussa virtutis Imperii, et per consequens nec auctoritatis, quum idem sit virtus et auctoritas ejus. Sit Ecclesia A, Imperium B, auctoritas sive virtus Imperii C. Si non existente A, C est in B, impossibile est A esse causam ejus, quod est C esse in B; quum impossibile sit, effectum praecedere causam

Cap. XIII. 2 L. *quibus maxime intuitur rationi princ.*

4 **F.** *veritatem tertiae quaestionis* — P. *verit. hujus quaest.*

6 F. *sufficienter, praefixo principio* — P. *suff. sub praef. princ.* — M. *suff. si sub praef. indicio*

7 M. *dependere a lumine totius*

9 A. *cum de alio non sit* — F. H. (et versio Ficini) *cum de illa n. sit* — P. *cum de alia non sit alteratio*

12 V. *Illud quod non existente* — H. *Illud quod non ente vel nondum existente* — A. *Ill. quo existentis*

Verba *aut quo non virtuante aliud habet totam suam virtutem* omnino absunt a codd. A. P. — Iisdem verbis F. et Z. unum *est* substituunt. — V. vero *aliud tamen est* et L. *est aliqua virtus* — Sola verba *aut quo non virtuante* omittit M. Pro *aliud habet* H. et M. legunt *aliquid habet,* quorum prior pro *habet totam suam virtutem* exhibet *habet suam perfectam virtutem.* — Justam lectionem, in qua edd. praeter Turr. consentiunt, ne Ficinus quidem habuisse videtur.

16 F. P. *per consequens auctoritatis*

19 Cod. A. a verbis *cum impossibile sit* ad verba *cum necesse sit* prosiliens, omittit intermedia

in esse. Adhuc, si nihil operante A, C. est in B, necesse est, A non esse causam ejus, quod est C esse in B; quum necesse sit ad productionem effectus praeoperari causam, praesertim efficientem, de qua intenditur.

Major propositio hujus demonstrationis declarata est in terminis; minorem Christus et Ecclesia confirmat. Christus nascendo et moriendo, ut superius dictum est; Ecclesia, quum Paulus in Actibus Apostolorum dicat ad Festum: „Ad tribunal Caesaris sto, ubi me oportet judicari.“ Quum etiam Angelus Dei Paulo dixerit parum post: „Ne timeas, Paule, Caesari te oportet adsistere.“ Et infra iterum Paulus ad Judaeos exsistentes in Italia: „Contradicentibus autem Judaeis, coactus sum appellare Caesarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare, sed ut eruerem animam meam de morte.“ Quod si Caesar jam tunc judicandi temporalia non habuisset auctoritatem, nec Christus hoc persuasisset; nec Angelus illa verba nunciasset, nec ille qui dicebat: „Cupio dissolvi et esse cum Christo,“ incompetentem judicem appellasset.

Si etiam Constantinus auctoritatem non habuisset in patrocinium

[1] In H. desiderantur verba: *est A non esse causam ejus quod est C. esse in B. quum necesse*

[2] L. *effectus pre operati* — M. *eff. praeparari* H. *causam pristini efficientem*

[4] M. *de qua intenditur incidenter* — A. *de qua hic intenditur*

[5] L. *declarata est in terris*

[6] V. *et Ecclesia confirmant*

[8] Edd. Venetae *ibi me oportet*, quod et in vulgatis textus sacri editt. Codd. tamen unanimi consensu *ubi me oport.* quam lectionem, inter varias Actuum ab editoribus relatam, Dantem habuisse censemus.

[10] M. *Et idem iterum Paulus* — H. L. *Et iterum Paulus*

[12] A. *conatus sum approbare*

[13] M. *sed ut eruam* — L. *sed ut et tuerer* - - Verba *sed ut eruerem animam meam de morte*, ex Psalmo 33 (Cath. 32.) v. 19 desumta, non leguntur in Actibus.

[15] P. pro triplici *nec* habet triplex *non* H. *Angelus ista verba*

[16] [17] A. *competente judice appellasset*

[18] V. *Sed etiam Constantinus* L. *in patrimonium Eccl.*

[7] Actus Ap. cap. XXV. v. 10. [9] Ibid. cap. XXVII. v. 24. [10] Ibid. cap. XXVIII. v. 19. [16] Pauli Epist. ad Philipp. v. 23.

Ecclesiae, illa quae de Imperio deputavit ei, de jure deputare non potuisset; et sic Ecclesia, illa collatione uteretur injuste; quum Deus velit oblationes esse immaculatas; juxta illud Levitici: „Omnis oblatio, quam conferetis Domino, absque fermento erit.“ Quod quidem praeceptum, licet ad offerentes faciem habere videatur; nihilominus est per consequens ad recipientes. Stultum enim est credere, Deum velle recipi, quod prohibet exhiberi; quum etiam in eodem praecipiatur Levitis: „Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis.“ Sed dicere, quod Ecclesia sic abutatur patrimonio sibi deputato, est valde inconveniens: ergo falsum erat illud, ex quo sequebatur.

[CAPUT XIV. (XIII.)]

Amplius, si Ecclesia virtutem haberet auctorizandi Romanum Principem, aut haberet a Deo, aut a se, aut ab Imperatore aliquo, aut ab universo mortalium adsensu, vel saltem ex illis praevalentium. Nulla est alia rimula, per quam virtus haec ad Ecclesiam manare potuisset. Sed a nullo istorum habet: ergo virtutem praedictam non habet.

Quod autem a nullo istorum habeat, sic apparet. Nam si a Deo recepisset, hoc fuisset aut per legem divinam, aut per naturalem; quia quod a natura recipitur, a Deo recipitur, non tamen convertitur.

[2] A. *et Ecclesia* — M. *sic Eccl.* — V. *et si Eccl.*

[4] H. *quam offertis Domino* — V. *quam confertis Domino* — M. *quam confertis Deo* — A. F. L. Versio Fic. et Princ. Oporini nobiscum *quam conferetis Domino* — P. *quam conferens Domino* — Zatta et recentiores sola auctoritate textus Bibliorum, quem vulgatae editt. exhibent, uti videtur moti, *quae offertur Domino.* — Restituendam putavimus lectionem antiquam, quam in Levitico habuisse videtur Dantes.

[4] Editt. recent. textum Bibliorum respicientes *absque fermento fiet*

[9] Edd. contra codicum et Ficini auctoritatem, *sic* omittentes: *quod Ecclesia abutatur*

[10] V. *falsum est et erat illud* — A. *falsum illud*

Caput XIV. [13] H. *Romanum Imperium vel Principem* — F. *Romanum Imperium*

[16] V. *ad Ecclesiam manere*

[20] Verba *a Deo recipitur*, quae desiderantur in editt. ant., primus restituit Fratic. Consentiunt manu exarati omnes et Ficinus.

[3] Leviticus cap. II. v. 11. [8] Ibid. cap. XI. v. 43.

Sed non per naturalem; quia natura non imponit legem, nisi suis effectibus: quum Deus insufficiens esse non possit, ubi sine secundis agentibus aliquid in esse producit. Unde quum Ecclesia non sit effectus naturae, sed Dei dicentis: „Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam"; et alibi: „Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam"; manifestum est, quod ei natura legem non dedit.

Sed nec per divinam; omnis namque divina lex, duorum Testamentorum gremio continetur: in quo quidem gremio reperire non possum, temporalium sollicitudinem sive curam sacerdotio primo vel novissimo commendatam fuisse. Quinimo invenio, sacerdotes primos ab illa de praecepto remotos, ut patet per ea quae Deus ad Moysen; et sacerdotes novissimos, per ea quae Christus ad discipulos. Quam quidem ab eis esse remotam possibile non esset, si regiminis temporalis auctoritas a sacerdotio demanaret; quum saltem in auctorizando sollicitudo provisionis instaret, et deinde cautela continua, ne auctorizatus a tramite rectitudinis deviaret.

Quod autem a se non receperit, de facili patet: Nihil est quod dare possit, quod non habet. Unde omne agens aliquid, actu esse tale oportet, quale agere intendit: ut habetur in iis, quae de simpli-

[1] Fratic. sine negatione *quia natura imponit legem*, quod mero errori deberi puto.
[2] L. *nisi suis affectibus*
[3] Fraticellium, me suadente, merito pro *aliud* exhibuisse *aliquid in esse producit*, probat codicum consensus.
[8] F. H. L. *duorum testimoniorum*
[13] A. H. M. P. V. et editt. ant. *possibile non est*
[14] A. V. *cum saltem auctorizando*
[15] A. *sollicitudo promissionis*
[17] Editt. adversantibus libris msptis *de facili patet sic*

[1] Si natura operatur, Deus operatur per eam; sed mediate, scilicet per secundos agentes. Hujusmodi operationes divinae, quae effectus naturae dici possunt, legibus naturae subjectae sunt. At si immediate operatur Deus, immunis est a legibus quae affectus naturae adstringunt. [4] Evang. Matthaei cap. XVI. v. 18. [5] Ev. Johannis cap. XVII. v. 4. [19] Aristoteles Metaphys. Lib. IX. cap. 8. (lect. 7.) transl. ant. „Semper enim ex potestate ente, fit actu ens ab actu ente, ut homo ex homine, musicus a musico, semper movente aliquo primo. Movens autem actu jam est: Dictum est autem in sermonibus de substantia, quia omne quod fit, fit ex aliquo, et ab aliquo, et hoc specie idem."

citer Ente. Sed constat, quod si Ecclesia sibi dedit illam virtutem, non habebat illam priusquam daret: et sic dedisset sibi quod non habebat, quod est impossibile.

Quod vero ab aliquo Imperatore non receperit, per ea quae
5 superius manifesta sunt, patet sufficienter.

Et quod etiam ab adsensu omnium vel praevalentium non habuerit, quis dubitat? quum non modo Asiani et Africani omnes, quin etiam major pars Europam colentium hoc abhorreat? Fastidium etenim est, in rebus manifestissimis probationes adducere.

10 [CAPUT XV. (XIV.)]

Item: Illud quod est contra naturam alicujus, non est de numero suarum virtutum; quum virtutes uniuscujusque rei consequantur naturam ejus, propter finis adeptionem. Sed virtus auctorizandi regnum nostrae mortalitatis, est contra naturam Ecclesiae: ergo non est de
15 numero virtutum suarum.

Ad evidentiam autem minoris, sciendum, quod natura Ecclesiae forma est Ecclesiae. Nam quamvis natura dicatur de materia et forma, proprius tamen dicitur de forma, ut ostensum est in Naturali auditu.

[2] *sibi*, quod post *priusquam daret* exhibent editt. neque habent codd., neque habuit Ficinus.

[4] L. P. *Quod autem ab aliquo* — F. *Quod ab aliquo*

[5] L. *superius manifeste dicta* — M. *superius dicta* — A. *superius facta*

[6] A. H. L. M. P. Editt. *quod etiam assensu omnium* — V. *quod et. omnium ad sensum*

Cap. XV. [16] A. M. P. *sciendum est quod natura*

[18] A. H. P. V. *per prius tamen dicitur* M. *ostensum est per Philosophum in his quae de naturali auditu*

[18] ARISTOTELES Physica Lib. II. cap. 1. (lect. 2.) transl. vet. „Uno quidem modo natura sic dicitur, primo unicuique subjecta materia habentium in seipsis motus principium et mutationis. Alio autem modo forma et species, quae est secundum rationem. Quod autem est ex his, natura quidem non est, sed a natura, ut homo: et magis natura est quam materia ... Amplius fit ex homine homo, sed non lectulus ex lectulo, unde dicunt figuram non esse naturam, sed lignum; quoniam fiet, utique si germinet, non lectulus, sed lignum. Sic ergo haec est ars, et forma est natura, fit enim ex homine homo..... Forma itaque natura est."

Forma autem Ecclesiae nihil aliud est, quam vita Christi, tam in dictis quam in factis comprehensa. Vita enim ipsius idea fuit et exemplar militantis Ecclesiae, praesertim pastorum, maxime summi, cujus est pascere agnos et oves. Unde ipse in Joanne formam suae vitae relinquens: „Exemplum", inquit, „dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis." Et specialiter ad Petrum, postquam pastoris officium sibi commisit, ut in eodem habemus: Petre, inquit, „sequere me." Sed Christus hujusmodi regimen coram Pilato abnegavit: „Regnum," inquit, „meum non est de hoc mundo; si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judaeis; nunc autem regnum meum non est hinc."

Quod non sic intelligendum est, ac si Christus, qui Deus est, non sit dominus Regni hujus; quum Psalmista dicat: „Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus"; sed quia, ut exemplar Ecclesiae, regni hujus curam non habebat. Velut si aureum sigillum loqueretur, de se dicens: Non sum mensura in aliquo genere; quod quidem dictum non habet locum, in quantum est aurum, quum sit metrum in genere metallorum, sed in quantum est quoddam signum receptibile per impressionem.

Formale igitur est Ecclesiae, illud idem dicere, illud idem sentire. Oppositum autem dicere vel sentire, contrarium formae, ut pa-

[2] L. *Vita autem ipsius*

[3] M. *et exemplum militantis*
Editt. *maxime hujus summi* — L. M. *max summi Pontificis* — *hujus* abest ab omnibus manu scriptis.

[4] Editt., consentiente Ficino, sed contra codicum fidem *cujus officium est pascere*

[6] M. P. et editt. recentt. contra textum Evangelii *quemadm. ego feci, ita et vos*
L. *et spiritualiter ad Petrum*

[8] L. M. P. *hujus modi regnum coram Pil.*

[9] H. *abnegavit dicens, Regn. meum non est de hoc mundo, inquit, si de hoc mundo*

[11] Turrius et novissimae Fratic. editt. manifesto errore *regnum meum non est hic*

[13] L. M. P. *cum Psalmus dicat*

[14] In Bibliis vulgatis habetur *et siccam manus ejus formaverunt.* Fere iisdem verbis quibus hic, versum Psalmi refert auctor in Epist. ad Principes § 7.

[15] Expunximus *quae*, quod inter *Ecclesiae* et *regni* male intrudunt recentiores.

[19] A. V. *in quantum est aureum*

[4] Evang. Johann. cap. XIII. v. 15. [6] Ibid. cap. XXI. v. 22. [9] Ibid. cap. XVIII. v. 36. [13] Psalm 95. (Cath. 94.) v. 5.

tet, sive naturae, quod idem est. Ex quo colligitur, quod virtus auctorizandi regnum hoc, sit contra naturam Ecclesiae: contrarietas enim in opinione vel dicto, sequitur ex contrarietate, quae est in re dicta vel opinata; sicut verum et falsum ab esse rei, vel non esse in ora-
5 tione causatur, ut doctrina Praedicamentorum nos docet. Sufficienter igitur per argumenta superiora, ducendo ad inconveniens, probatum est auctoritatem Imperii ab Ecclesia minime dependere.

[CAPUT XVI. (XV.)]

Licet in praecedenti Capitulo, ducendo ad inconveniens, ostensum
10 sit, auctoritatem Imperii ab auctoritate summi Pontificis non causari; non tamen omnino probatum est, ipsam immediate dependere a Deo, nisi ex consequenti. Consequens enim est, si ab ipso Dei vicario non dependet, quod a Deo dependeat. Et ideo, ad perfectam determinationem propositi, ostensive probandum est, Imperatorem, sive
15 mundi Monarcham, immediate se habere ad principem universi, qui Deus est.

Ad hujus autem intelligentiam sciendum, quod homo solus in entibus tenet medium corruptibilium et incorruptibilium; propter quod recte a philosophis adsimilatur horizonti, qui est medium duorum he-
20 misphaeriorum. Nam homo, si consideretur secundum utramque partem essentialem, scilicet animam et corpus: corruptibilis est, si con-

[4] M. *sicut verum vel falsum*
[6] H. M. *dicendo ad inconveniens*
Cap. XVI. [13] Recentiores male *quod a Deo dependat*
[13] [14] M. *ad perfectam demonstrationem propositi*
[17] M. *scientum est quod homo* — P. *est sciend. quod homo*
[16] Verba *et incorruptibilium* non leguntur in A. et P.

[4] Oratio quaedam vel propositio falsa est, non existente re, quam existentem supponebat illa, et e converso, sicut demonstratur in doctrina de praedicamentis, sive categoriis. [19] PSEUDO-ARISTOTELES (Cf. Notam ad cap. 11. libri I.) in libro „De causis" Propos. 9. „Intelligentia comprehendit generata, et naturam, et horizontem naturae, scilicet animam, nam ipsa est supra naturam."

sideretur tantum secundum unam, scilicet corpus; si vero secundum alteram, scilicet animam, incorruptibilis est. Propter quod bene Philosophus inquit de ipso, prout incorruptibilis est, in secundo de Anima, quum dixit: „Et solum hoc contingit separari, tanquam perpetuum, a corruptibili.“ 5

Si ergo homo medium quoddam est corruptibilium et incorruptibilium, quum omne medium sapiat naturam extremorum; necesse est, hominem sapere utramque naturam. Et quum omnis natura ad ultimum quendam finem ordinetur, consequitur, ut hominis duplex finis existat, ut sicut inter omnia entia solus incorruptibilitatem et corrupti- 10 bilitatem participat; sic solus inter omnia entia, in duo ultima ordinetur: quorum alterum sit finis ejus, prout corruptibilis est; alterum vero, prout incorruptibilis.

Duos igitur fines Providentia illa inenarrabilis homini proposuit intendendos; beatitudinem scilicet hujus vitae, quae in opera- 15

[1] Locum, caeteroquin satis apertum, mire corruptum exhibent codd. Nil nisi *si consideretur secundum . . . . animam et corpus, corruptibilis est* habent H. L. M. — *homo, si consideretur tantum secundum unam, scilicet* (*secundum* inserunt editt.) *animam, incorruptibilis est* addunt A. P. V. — Ficinus ita reddit: *se l'uomo si considera secondo . . . . . anima e corpo, secondo il corpo è corruttibile, secondo l'anima non corruttibile* neque aliter interpres anonymus, cujus fragmentum edidit Turrius *lo uomo, se si considera secondo l'una e l'altra parte essenziale, cioè secondo l'anima e il corpo, corruttibile è, cioè se secondo il corpo è considerato secondo l'altra, cioè l'anima, è incorruttibile.* Quorum vestigiis inhaerentes, quae corpus corruptibile respiciunt, probante Fraticellio, jam dudum addidimus.

[3] M. et Ficinus — Reliqui et editt. ant. *inquit de ipsa*

[6] Verba *et incorruptibilium* desiderantur in A. P.

[9] F. L. *sequitur ut hominis* — V. *cum sequitur ut hom.*

[10] L. et editt. recentt. *et, sicut inter omnia*

[12] A. H. L. M. P. V. — Editt. *prout corruptibilis, alterum*

[14] A. *Providentia illi inenarrabilis* — M. *Provid. illa venerabilis* — Ficinus *inerrabilis* habuisse videtur.

[15] V. *proposuit intendenti*
A. M. *quae in opere propriae virt.*

[3] Aristoteles De anima Lib. II. cap. 2. T. 21. (lect. 4.) versio vetus „De intellectu autem et perspectiva potentia nihil adhuc manifestum est, sed videtur genus alterum animae esse; et hoc solum contingit separari, sicut aeternum, a corruptibili. Reliquae autem partes animae manifestum ex his, quod non separabiles sunt, sicut quidam dicunt.“

tione propriae virtutis consistit, et per terrestrem Paradisum figuratur; et beatitudinem vitae aeternae, quae consistit in fruitione divini aspectus, ad quam propria virtus ascendere non potest, nisi lumine divino adjuta, quae per Paradisum coelestem intelligi datur.

Ad has quidem beatitudines, velut ad diversas conclusiones, per diversa media venire oportet. Nam ad primam, per philosophica documenta venimus, dummodo illa sequamur, secundum virtutes morales et intellectuales operando. Ad secundam vero, per documenta spiritualia, quae humanam rationem transscendunt, dummodo illa sequamur secundum virtutes theologicas operando, Fidem, Spem scilicet et Caritatem. Has igitur conclusiones et media (licet ostensa sint nobis haec ab humana ratione, quae per philosophos tota nobis innotuit; haec a Spiritu Sancto, qui per Prophetas et Hagiographos, qui per coaeternum sibi Dei Filium Jesum Christum, et per ejus discipulos, supernaturalem veritatem ac nobis necessariam revelavit) humana cupiditas posttergaret, nisi homines tanquam equi, sua bestialitate vagantes, in camo et freno compescerentur in via.

Propter quod opus fuit homini duplici directivo, secundum duplicem finem: scilicet summo Pontifice, qui secundum revelata hu-

[1] H. *per terrestrem Parad. signatur*
[3] Editt. *ad quam virtus propria*
[4] M. *lumine divino adjuncta*
[5] V. *velut adversas conclusiones*
[6] F. M. (et interpr. anon.) *per physica documenta* — P. *per philosophorum doc.*
[9] Edd. antiq. *humanam rationem transcendit*
[11] *scilicet* non legitur in L. M. — A. *Spem si licet* — Edd. *scilicet Spem*
[14] H. L. M. P. V. et editt. vet. — A. *quod in coaet. sibi Dei fil. per Jes.* — Editt. rec. *per coaetern. etc.*
[15] A. (et interpr. anon.) *supernaturalem virtutem* — L. *fraternalem veritatem* M. P. V. *ac nobis necessaria*
[16] In aliquot editt. male habetur *cupidit. prostergaret*
[17] L. *in camo et freno maxillas eorum compesc.*

[17] Psalm 32. (Cath. 31.) v. 9. — Cf. Purgator. XIV. 143. [18] AUCTORIS Purgat. XVI. 106.

Soleva Roma, che il buon mondo feo,
Due Soli aver, che l'una e l'altra strada
Faccan vedere, e del mondo e di Deo.

manum genus perduceret ad vitam aeternam; et Imperatore, qui secundum philosophica documenta genus humanum ad temporalem felicitatem dirigeret. Et quum ad hunc portum vel nulli, vel pauci, et hi cum difficultate nimia pervenire possint, nisi sedatis fluctibus blandae cupiditatis, genus humanum liberum in pacis tranquillitate quiescat: hoc est illud signum, ad quod maxime debet intendere curator orbis, qui dicitur Romanus Princeps, ut scilicet in areola ista mortalium libera cum pace vivatur. Quumque dispositio mundi hujus dispositionem inhaerentem caelorum circulationi sequatur; necesse est ad hoc, ut utilia documenta libertatis et pacis commode locis et temporibus applicentur de curatore isto, dispensari ab Illo, qui totalem caelorum dispositionem praesentialiter intuetur. Hic autem est solus Ille, qui hanc praeordinavit, ut per ipsam Ipse providens suis ordinibus quaeque connecteret.

Quod si ita est, solus eligit Deus, solus ipse confirmat, quum superiorem non habeat. Ex quo haberi potest ulterius, quod nec isti qui nunc, nec alii cujuscumque modi dicti fuerint Electores, sic dicendi sunt; quin potius denunciatores divinae providentiae sunt ha-

[1] P. V. et editt. ant. *humanum genus produceret*

[2] M. (et interpr. anon.) *secundum physica documenta*

[3] H. *ad hunc portum vel ulli* — A. *ad h. port. non nulli*

[7] *ista*, quod codd. exhibent omnes, desideratur in editt. ant.

[9] Editt. *coelorum circulationi*

[10] Uterque translator *universalia documenta libertatis* legisse videtur

[11] A. H. L. M. P. V. — Ficinus *(è necessario .... che questo ... Imperadore sia da Colui spirato* ecc.*)* pro *dispensari* videtur legisse *inspirari* — Editt. *applicentur. ista dispensari ab illo curatore qui tot.*

[13] A. H. L. M. P. V. et editt. antiquae — Recentiores, nescio qua ratione ducti omittunt *Ipse*

[14] V. *quaeque concitaret*

[17] A. *isti qui nunc sunt*

Edd. contra unanimem codicum consensum et Ficini auctoritatem *(nè altri che mai si sieno detti Elettori)*: *dicti sunt Electores*

[18] Edd. antiq. *denunciatores divinae prudentiae*

[1 2] Auctoris Convivium IV. 6. *„Congiungasi la filosofica autorità colla imperiale, a bene e perfettamente reggere.“* [7] Paradis. XXII. 151.

La ruota che ci fa tanto feroci.

bendi. Unde fit, quod aliquando patiantur dissidium, quibus denunciandi dignitas est indulta: vel quia omnes, vel quia quidam eorum, nebula cupiditatis obtenebrati, divinae dispensationis faciem non discernunt.

5 Sic ergo patet, quod auctoritas temporalis Monarchae, sine ullo medio, in ipsum de fonte universalis auctoritatis descendit. Qui quidem fons, in arce suae simplicitatis unitus, in multiplices alveos influit ex abundantia bonitatis.

Et jam satis videor, metam adtigisse propositam. Enucleata 10 namque veritas est questionis illius, qua quaerebatur, utrum ad bene esse mundi necessarium esset Monarchae officium? ac illius, qua quaerebatur, an Romanus populus de jure Imperium sibi adsciverit? nec non illius ultimae, qua quaerebatur, an Monarchae auctoritas a Deo, vel ab alio dependeret immediate? Quae quidem veritas ultimae 15 quaestionis non sic stricte recipienda est, ut Romanus Princeps in aliquo Romano Pontifici non subjaceat; quum mortalis ista felicitas quodammodo ad immortalem felicitatem ordinetur. Illa igitur reverentia Caesar utatur ad Petrum, qua primogenitus filius debet uti ad patrem; ut luce paternae gratiae illustratus, virtuosius orbem terrae 20 irradiet, cui ab Illo solo praefectus est, qui est omnium spiritualium et temporalium gubernator.

3 H. *bulla cupiditatis obtenebrati*
6 V. *in ipsum Dei fontem*
P. *universalis dignitatis*
7 F. *in aureola suae simplicitatis*
P. *unitur in multiplicationes alios alveos*
8 *divinae*, quod post *abundantia bonitatis* addunt editt. neque in codd. habetur, neque apud Ficinum et interpr. anon.
11 F. H. M. P. V. — L. et edd. *Monarchiae officium* — a cod. A. absunt omnia inde ab *utrum* usque ad *an Romanus*
12 A. *Imperium sibi adquisiverit*
13 A. *an Monarchiae auctoritas*
15 A. *sic stricte accipienda est* — F. *sic stricte intelligenda est*
20 L. *qui ab illo solo*
21 F. *temporalium gubernator et rector.*

In calce libri adjiciunt codices, et quidem

A. „Explicit monarchia alligerii celeberrimi poete florentini.“

F. „Explicit Monarchia Dantis Aldigierii Christiani de Florentia.“

H. „O rex o summi. tu principis unice fili.
Respice gratuite. monarchiam atque monarcham.
Summum dico praesulem. romanorumque Imperatorem.
Ac simul lectorem. albertum nomine dictum.
Ultimo scriptorem. henricum operis hujus.
Cui pro mercede des tecum gaudia vere.“

L. „Finis. Clarissimi Poete Dantis Alingheri Florentini summa Monarchia, explicit.“

M. „Deo gratias. Antonius Sinibaldus florentinus fideliter transcripsit ad instantiam Neri de Capponis Negociatore Clarissimo.“

P. „Dantis Allegerii Florentini Monarchie liber explicit.“

V. „Explicit monarchia dantis alicherij de florentia.“

COROLLARIUM.

Ne vacuum ultimae hujus opusculi paginae spatium oculos lectoris offendat, et ut appareat quantopere jurium a summis Pontificibus affectatorum vindices etiam post tot saeculorum lapsum sibi constent, addimus quae argumentis ab auctore nostro impugnatis simillima nuper (d. V. mens. Martii) disputaverunt Ephemerides Romanae a Societate Jesu editae *(Civiltà cattolica. Serie VIII. vol. I.* p. 658.*)*

Il Pontifice è costituito da Dio, in modo assoluto nell' apice della sovranità, in quanto tale . . . . Quodcumque ligaveris super terram etc. *Queste parole non dànno luogo ad eccezione veruna, ed esprimono una giudicatura universale ed assoluta. Esse comprendono ogni casa.*

P. 664. *Nel Pontifice si appunta, come in apice, l'una e l'altra potestà; e ciò per esser egli Vicario di Cristo, il quale non solamente è Sacerdote eterno, ma è ancora Re dei Re e Signore dei Dominanti. Così insegna espressamente S. Tommaso nei comenti al Maestro delle Sentenze:* Utriusque potestatis apicem tenet, scilicet spiritualis et saecularis; hoc Illo disponente, qui est Sacerdos et Rex in aeternum secundum ordinem Melchisedech, Rex Regum et Dominus Dominantium.

PROMULGATIO PRAEMIORUM
AB ORDINIBUS ACADEMICIS IN CERTAMINE LITTERARIO DECRETORUM
ET
NOVARUM QUAESTIONUM AB IISDEM ORDINIBUS PROPOSITARUM.

Summe venerabilis theologorum ordo unam quaestionem, illustris iurisconsultorum ordo duas quaestiones, gratiosus medicorum ordo unam quaestionem proposuerat. Sed his quaestionibus nemo inventus est qui operam impenderet.

Amplissimus philosophorum ordo tres proposuerat quaestiones. Ac philologis suis commendaverat grammaticam hanc,

Creticae dialecti reliquiae e monumentis antiquis, praesertim ex inscriptionibus, colligantur et in ordines digestae sic explicentur, ut appareat quantum ad supplementa lexicorum et grammaticae Graecae conferant.

Una commentatio nobis oblata est, Pindari verbis inscripta,

πολλοὶ δὲ διδακταῖς
ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
ὤρουσαν ἑλέσθαι

Scriptor materiam collectam laudabili diligentia scientiaque, perspicuo etiam sermone usus, tractandam sibi sumpsit, sed angustiis temporis praeventus priora quidem capita quaestionis absolvit, totam tamen non potuit ad finem adducere; itaque satis habuit reliquas partes inchoasse. Quod etsi praeter expectationem accidit, Ordo huius iuvenis industriam libenter agnovit eumque cohortatur ut in labore perficiendo et curis secundis expoliendo perseveret. Quamobrem non dubitavit integrum praemium in eum conferre. Rescissa schedula nomen scriptoris inventum est

Maximilianus Kleemann Halensis,
philologiae studiosus.

Secundam historicam quaestionem ordo proposuerat hanc,

Quibus caerimoniis condicionibusque in imperatoribus coronandis pontifex maximus populusque Romanus inde a Carolo Magno usque ad Fridericum III. usi sint ex scriptoribus actisque fide dignissimis demonstretur.

De hac quoque una commentatio exhibita est hac adiecta tessera,

Nicht für die Richtigkeit, für die Aufrichtigkeit unsrer Ansichten müssen wir einstehn.

Auctor commentationis conquirendis quidem diiudicandisque scriptoribus et ordinibus, qui ad coronationes Romanas spectant, satis curae operaeque impendit atque in prolegomenis suis omnia quae ad rem propositam pertinent bene descripsit. Sed in ipsis coronationibus imperatorum enarrandis parum progressus primam tantum partem exposuit. Quamvis igitur quaestionem satis amplam ad finem minime perduxerit, tamen propter assiduitatem laudabilem, propter rectum iudicium sermonemque perspicuum, quo usus est, ordo decrevit integrum praemium scriptori tribuendum esse, quo et diligentia, quam exhibuit, laudaretur et ad rem perficiendam studium incitaretur. Schedula reclusa nomen apparuit

Hermannus Schreiber Coeslinensis,
stud. philol. et histor.

Tertia quaestio e physica materia deprompta non habuit qui eam solvendam susciperet.

Sequitur ut novae quaestiones in proximum annum promulgentur.

Summe venerabilis Ordo theologorum

primum quaestionem priore anno propositam iterum proponit:

Quaecumque de Jehovae sacris inter Hebraeos usque ad exilium Babylonicum publico usu receptis libri veteris testamenti historici et prophetici vel commemorant vel innuunt, diligenter colligantur, cum legum Mosaicarum praescriptis comparentur et, si quae ab his dissona reperta fuerint, quibus causis ejusmodi discrepantia explicanda sit investigetur;

deinde novam addit hanc,

Revelationes, quas Paulus gloriatur, cujusnam naturae fuerint, et Christi perspicientiae rerum divinarum cum similis fuerit ratio exponatur.

Illustris Ordo Jurisconsultorum

non solum repetit prioris anni quaestionem

de executoribus testamenti secundum jus commune et Borussicum,

sed praeterea novam addit hanc,

Quid interest inter fideicommissum juris Romani et fideicommissum familiae juris Germanici?

Gratiosus Ordo Medicorum

repetit quaestionem superiore anno propositam,

ut renum morbi ab ossium conditionibus morbosis orientes eruantur ex observationibus adhuc evulgatis et adjectis, si fieri potest, novis et propriis,

novamque proponit hanc,

Quaeratur quae ratio intercedat inter numeros cordis pulsuum et pulmonis inspirationum, habita ratione aetatis, sexus, morborum et reliquarum rerum motus illos mutantium.

Amplissimus Ordo Philosophorum

tres proponit quaestiones:

primam philosophicam,

Universa philosophandi ratio Herderi ita exponatur, ut et quibus ex fontibus hauserit et quid ipse addiderit, denique quem in philosophiae historia locum obtineat perspiciatur;

alteram historicam,

de Gobelini Personae chronici universalis, quod cosmodromium vocatur, fontibus atque auctoritate disseratur,

tertiam physicam repetit,

Crystallorum proprietates et quae in illis apparent phaenomena physica explicentur et demonstrentur. (Uebersicht und Zusammenhang der physicalischen Eigenschaft der Crystalle).

Tee

STANFORD UNIVERSITY
3 6105 00020 0837

DATE DUE			

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004